

PUB. VIRGILI

MARONIS,

*Non tironis, ut videtur, sed adulti
perfectiq; Poëtae opus,*

CULEX;

AUGUSTO CÆSARI
olim dicatus:

At nunc

Cum libro Commentario

PRINCIPIB. PATRIÆ, MARCH.
BRANDEB. dedicatus

à

FRID. TAUBMANNO

VVonsesensi, Poëtâ & Bonar.
Litterarum Profess. Publico

VVITTEBERGÆ

Apud Paulum Helvvichium.
Anno Christi cl^a. l^oc. l^ox.

p

p. 274. 284. 46. 140.



Illustriſſimis Principibus,

CHRISTIANO

&

IOACH. ERNESTO,

Fratribus germanis,

Marchionibus Brandenburg.

Boruſſ. Stetini Pom. Caſſub.

Vand. Sileſie Croſn. & Iegerndorf. Du-

cibus, Burggrav. Norimb. & Rugie

Principibus:

Dominiſ meis Clementiſ-

ſimis

S. D.

Prof
gener
modu
accu
Ingen

C

boc
re v
curi
us G
logis
tem
iam
cam
ac per
colui
ceter
prod

PRÆFATIO.

à Professione: quorum tot sunt
genera, quot res ipsæ. quemad-
modum de his omnibus, ut solet,
accuratissimè tractavit

Ingenium cui dijs & mens
contermina cælo,

Cuncta unus, cunctos qui
super unus erat,

hoc est, Ful. Cæsar Scalig. in Ope-
re verè-admirabili Poëtices: &

curiosissimè eruditissimus Lili-
us Greg. Gyraldus in suis Dia-

logis de Poëtis. Quæsitum au-
tem à multis fuit, an nostri et-

iam majores Germani Poëti-
cam coluerint? Et tralatitium

ac per vulgatum ferè est, non
coluisse. Quo argumento? inter

cætera eo etiam, quòd Tacitus
prodat, ævo suo nulla litera-

An in pri-
scâ illâ
Germaniâ
Poëtæ.

PRÆFATIO.

rum monumenta fuisse apud Germanos. Indulgeamus hoc illis. Sed & ijdem & hoc nobis debent, quod idem Tacitus non tacuit; Germanos majorum gesta CARMINIBUS celebrâsse. eademq; ante hos octingentos annos & Caroli magni etate adhuc superâsse, auctores sunt. Neq; adeò brevia illa & paucorum τρυφάτων, ut nunc ferè sunt cantilena, fuisse existimandum est; sed apparatu & tractu suo vel Homeri & Virgilij Poëmatis emula. Cuiusmodi sunt, quæ sola ex mediâ antiquitate circumferuntur carmina de Otnite Longobardo, de VVoluftheodorico Græco, de Gibicho Vangione, de Theodorico

Videatur
Einhardus
& Aventi-
um.

dori
bran
Agr
kio
quor
mor
& in
vet
mu
Go
me
ad
rit
V
mi
qu
ac
&
E
re

PRÆFATIO.

dorico Veronensi, de Hilti-
 brando Gottho, de Sigfrido
 Agrippinensi Corneo, de Ec-
 kio, de Eckardo Allato, alijs;
 quorum memoriam penè inter-
 mortuam incredibili sagacitate
 Et industriâ hodie excitat Hel-
 veticæ Nobilitatis eruditissi-
 mus Melch. Haiminsfeldus
 Goldastus: qui huiusmodi fig-
 mentorum originem libenter
 ad Druidas sacerdotes retule-
 rit. Ab his Et alij erant, quos
 Vitrodios, Et Graviones, ho-
 mines dignitate primarij, Et
 quasi publici Morum, Legum,
 ac Reipub. custodes. Hi præceptis
 Et monitis præsertim Politicis,
 Ethicis Et Oeconomicis, que fe-
 rè in rythmicam Poesin indue-

rulo Hör-
 ne Seu-
 ried.

Melchior

Goldastus

rerum Ger-
 manicarū

Phæbus qui
 dam.

Quasi Sapi-
 entes, ab

atate sic

appellati:

unde Sena-
 toes La-

tinis.

Rythmica

Poesis.

PRÆFATIO.

bant, suos informabant: idq̄
 multis seculis ante Carolum
 Magnum: quem quidem qui
 Teutonicæ scripturæ auctorem
 faciunt, eâdem fide poterant &
 Alexandrum M. Græcæ, & Jul.
 Cæsarem Latinæ nobis archite-
 ctari. Auctor est, quem modò
 laudavi Goldastus, ante hos
 c. lxxx. annos scripta Christiano-
 rum, Latinis juxta & verna-
 culis litteris, in Germaniâ visa:
 VVileramum, quem produxit
 P. Merula, c. lxx. præterpropter
 annos æquare: Rabanum Mau-
 rum, Otfridum VVisenburg,
 alios, ab hinc DCCC. annis scri-
 ptis suis claruisse. Habui ego in
 Bibliothecâ illustris puella Ger-
 manæ, cui nomen HROSVI-
 TÆ,

Ante 1200.
 annos lit-
 tere in Ger-
 maniâ.

Hrosvita
 Poetria.

PRÆFATIO.

TÆ, Comœdias sex in emulati-
onem (uti præscripsit) Terentij
factas, item Panegyricum He-
xametro & elegiaco carmine
Oddoni magno dictum, annis
ab hinc septingentis & amplius.
Cuiusmodi autem veterum
Germanorum Poëtica fuerit,
(nam Latina nunc non sollicito)
licet hinc æstimare: quanquam
ævi sequioris; & sub imperio
Friderici Barbaruffæ. Ita ergo

Floruit
circa annũ
Christi
1153.

der-VVINSBEKE, Eques No-
bilis, & domi belliq; rebus gestis
clarus, ad Filium:

Ein wiser Man hat einen Sun/
Der was im lieb/als manigem ist/
Den wolt er lehren rechte tun/
Vnd sprach also: Min Sun / du bist
Mir lieb on allen valschen List;
Bin ich dir sam du selbe dir / so volge
mir ze dirre frist:

PRÆFATIO.

Dieweile du lebest/ es ist dir gut/
Ob dich ein frömbder ziehen sol/ du
weist nicht wie er ist gemut.

i. Liebe in-
möglich vñ
herzlich.

Sun/minne minneklichen Gott/
So kan dir niemer missekan/
Er hilffet dir vs aller not;

Der welt
göckel/ i.
mundi histri-
oniam. Ita
Petronius:

Nu sich der werlte göchel an/
Wie sie ir volger triegen kan/
Vnd was ir lon ze jungest si / das solt
du sinnekliche entstan/

Totus
mundus e-
xercet hi-
strioniam.

Si git ze lone sünden lot/
Der ir ir willen volgen wil / der ist libes
vñ der sele tot.

Gögel / lu-
dicum, quic-
quid risum
mouet. Fran-
ci mei:

Sun/merke wie das kerzen licht/
Diewile es brinnet / suuindet gar/
Gelöbe das dir sam geschihet
Von tage ze tage / ich sage dir war/
Des nim in dinen sinnen war/
Vnd rihte hie din leben so / das dort din
sele wolgefär;

i. wie. ita
swas / pro
was.

Swie* hoh an gute wirt din name/
Dir volget sin nicht wan alse vil ein linnen
tuch für dine shame.

Swer / pro
wer. Swie /
pro wie.

Sun / geistlich leben in eren habe/
Das ist din gut / vnd ist ein sin/

Des

PRÆFATIO.

Des willen kum durch nieman abe/
Bring in ze diner gruben hin/
Das wirt an selden din gewin
En rüche wie die Pfaffen leben du solt
doch dienen Gotte an in:

Sint gut ir wort/ ir werck sint krump/
So volge du den wezen nach / ir wer-
ken niht / ald du bist turnp.

Sun/es was ie der Leien sitte/
Das sie den Pfaffen trügen has/
Da sündent si sich sere miete/
Ich kan niht wissen vrabewas/
Ich wil dir raten verrz has/
Du solt in holt mit trüwen sin / vnd
sprich in wol / vnd tust du das/
So mac din ende werden gut
Vnd wirt zu lone dir beschert Gotte li-
chame vnd sin reines blut.

Sun/ob dir Gott hie füge ein wib
Nach sinen lobe ze rechter e/
Die solt du haben als dinen lib/
Vnd füge das es also steh/
Das iwer beider wille ge
Vs einem herzen vnd drin. Was wilt
tu danne wunne me/

Ob

PRÆFATIO.

Ob das geschicht in trüwen pflege
Seiet aber du werre ir samen dar / so
müssen scheiden sich die wege.

Sun/ wiltu ganklich schiltes reht
Erkennen/ so biß wol gezogen/
Getrüwe/milte / küsche vnd sleht/
So ist er niht an dir betrogen/
Vnd kumt din lop wol fürgeflogen.
Wilt aber leben in frier wal / dien tu=
genden allen vor verlogen.

Der rede min trüwe si din pfant/
Wiltu in so ze halse nemen / er hienge
bas an einer wand.

Sun/hohgeburt ist an dem Man/
Vnd an dem Wibe gar verlorn
Da wir nicht Tugenden kiesen an
Als in den Rin geworffen Korn/

†
pro, der ist. Swer tugende hat/ derst † wolgeborn.
Numercke reht / was ich dir sage / ich
han ze fründe mir erkorn

Den nidern bas der eren gert
Dan einen hohen sunder Tugend: Der
hüre ist böser danne vert.

Sun/driffec Jar ein tore gar/
Der muß ein tore fürbas sin/

Die

PRÆFATIO.

Du hast in minen Munt gestricket die
nen Zön/

Davon min lib in diner lere erblindet/
Ze dir ich nackend war geboren / vnd
scheide och blos von dir /

Ein linnen Tuch für mine schame / vnd
anders nicht / gist du ze lone mir / etc.

*HÆC profectò talia sunt,
præ quibus genuinus aliquis
Germanus Græcos Latinosq;
Poetas fastidiat. Et cur, ò mea
mater Germania, hunc Geni-
um tuæ Musæ non etiam porrò
continuâsti? Pudet me pigetq;
stuporis, quo ante centum annos
Et quod excurrit, vetus illa glo-
ria turpiter contaminata visi-
tur. Nam quid, quæso te, veteris
Et Germani illius ingenij aut
spiritûs habet (ut ex infinitis
aliquid in exemplum produ-
cam.*

Handwritten stamp or mark, possibly a library or collection identifier.

Darbyfriff vinn, Söffers, so, in zu
layden Stenfruff, seine Damm, gandraft.

Hier liegt begraben unser ^{8. Jänner} P R A E F A T I O.

^{cam.} Epitaphium istud Colo-

^{mensis?} Hie liegt Meiser Peter im grünē-gras/
thub, das wir lof

Der so gern sawr Kraut as/

Vnd tranck gern guten reinischē wein/

Gott woll seiner Seelen gnädig sein.

Aut istud, quod propè imperia-
lem Gelibusam legi narratur:

Unter diesem Stein/

Liegt begrabn der Pfarrherr von B-
tenheim/

Er war nicht von Eißleben/

Gott geb ihm das ewige Leben.

Aut deniq; illud in Pomeraniâ?

Hie liegt begraben Herr Melcher/

Ein Pfarrherr gewesen ist welcher:

Er hat gelebt in Tugend vnd Zucht/

Ist gestorben an der Wassersucht.

Scharo doch lieber Leser frey/

Ist das nicht schad? Ey/ Ey.

Erubescio & taceo. indignor

etiam, nostros, cum videant Ita-

los, Gallos, Hispanos q; suam lin-

guam

PRAEFATIO.

quam certatim tollere & exco-
 lere, emulatione non incendi:
 cum lingua Teutonica non mi-
 nus elegans & venusta sit, quam
 quaevis istarum: & hanc etiam
 gloriam praestis habeat, quod
 integra & incommista à sesqui-
 mille annis, & eo plus, perannã-
 rit. Ad Latinam linguam &
 imprimis Poeticã quod attinet,
 sic ista quidem in Germaniã nunc
 etiam exculta est, ut vel unum
 Paulum Melissum Francum
 Poëtis omnibus novitijs, qui &
 ubi sint cunq; non componere so-
 lum, sed praeponeere etiam vix
 dubitaverim. Judicet Gallus
 aut Italus aliquis sine livore,
 dicet me non amore gentis, sed
 Veri sic censuisse. Debebam plu-

Vide pulli
 germani
 Germanie
 Goldastum.

b ra:

PRÆFATIO.

ra: quò planius facerem quod
proposui; sed recordor me
PRINCIPUM nomina huic an-
telogio præscripsisse, qui aut ipsi
talia legerunt, aut à viris do-
ctis, quibus uterq; abundat, au-
diere. AT enim verò,
CELSISSIMI PRINCIPES,
quos hætenus ex intervallo &
quasi aliud agens alloquebar,
nunc propius & κατενώπιον com-
pello. Qua de re autem? CULLI-
CEM ut vobis insinuem; rem
maximis Principibus minimã.
Et profectò, Culicẽ viro Prin-
cipi inscribi, ineptum aut teme-
rarium videri poterat, nisi sci-
rem eundem olim, in illo Sapien-
tum seculo, Principum Principi
Augusto Cesari ab suo Poetã de-
dica-

PRÆFATIO.

dicatum, & gratum acceptumq;
fuisse. Accipite ergo & vos, o
augusti PRINCIPES, Culicem
hunc meum. ita dico, meum:
nempe meâ operâ recens sic
perpolitum & novâ veste, eâq;
ambitiosissimâ, indutum. Debu-
it hunc affectum Virgilius me-
ritis olim Augusti: debeo ego
nunc vestris: quippe qui in ve-
stro ULTRIUS QUE (nam sepa-
rare tam conjunctos non pos-
sum) dominatu, VV onlesij qui-
dem natus, at Culmbachij &
Heilsbrunnæ in eum, qui nunc
sum, quicquid etiam sum, for-
matus, vestroq; indultu in an-
num decimum quartum hic pu-
blicè doceo. ELECTORIS Saxo-
niæ Poeta audio: sed profectò &

6 2 vester

PRÆFATIO.

vester sum. Neq; tam parva æ-
stimo, quæ à vobis, aut qui Vos
heredes reliquere, accepi: ut
Culex iste & punctum animal-
culi, nomen meum tot modis in
Expensi tabulas scriptum ex-
pungere possit. haud ita insa-
nio. multo petiora vobis debeo,
meritissimi PRINCIPES. Sed
quia Culex iste, cum ego post an-
nos septendecim,

Antiquam patriam & Francas
meditarer aristas,
commodum sub manu, & operæ
meæ extremum opus erat, pla-
cuit hunc quasi antecessorem,
aut metatorem præmittere, qui
Genium patriæ placaret, &
PATRIBUS-PATRIÆ
veterem suum alumnium in-
sinuaret. ITA FIAT: & ita
Vos, CEL-

PRÆFATIO.

CELSISSIMI PRINCIPES,
*bono Reipub. Christianæ rem ge-
rite. VVittebergæ Calendis Se-
ptembribus, Anno clcIo IX.*

AD LECTOREM.

PRINCIPES *absolvi.*

Tecum nunc agam.

CANDIDE ET ERUDITE

LECTOR:

& agam in transcurso, quàm po-
test brevissimè. Atq; utinam in au-
rem quædam liceat deponere, quæ
sic apposita non quivis stomachus
fortè concoquat! CULICEM Maro-
nis commentatus sum (dic, concio-
natum me esse, nil contradicam)
longis logis. scilicet ex eorum inge-
nio, qui magnos quàm bonos li-
bros malunt scribere. Volui ali-
quando illis placere; eo pretio, ut
tibi, ERUDITE Lector, displicerem,
neq; aliter potest. Hactenus ad ex-

b 3

em.

PRÆFATIO.

emplum Servij, Lucretij, Asconij,
& qui è nostris illos veteris doctri-
næ & judicij magistros secuti sunt,
auctores Latinos, unum & item al-
terum, pro modo ingenij interpre-
tatus sum; hoc est, nervosè & sine
ambitu explanavi, ut decuit, pro-
fessorem Humanitatis, & qui ad an-
tiqua potiùs, & meliora juventuti
præire debuit, quàm lactentem i-
stam & nuper natam doctrinam
ambitiosè consecrari. Non nescio:
cavillis ex intervallo petitus fui:
nimisq; brevem atque adstrictum
me quidam dictitarunt. Isti ergò ut
scirent, me posse etiam, si usus sit,
Asiaticum excursorem præstare, &
non minùs quàm ipsi centonem (ut
ille ait) optimè suere, volui me illis
dare, hoc est, (ut tu Lector aliquis
doctus rectè interpreteris) ineptire,
& Culicem

--- Parvumq; humoris alumnum
laxissimo elephanti corio circum-
tèdere. Mirabor profectò, si risù ali-
cubi teneas. Ego (palàm dico) sæpe
NON

PRÆFATIO.

nō potui, cū ista è loco superiore cōcio-
narer. Tamen (dicat aliquis) multa hic in-
sunt melioris ævi & doctrinæ bona. For-
tassè! immò planissimè, multa sunt: &
nimis fastidirem, atque adeò injurius es-
sem in bonos illos magistros, si negare
vellem.

*Sed nunc nō erat his locus: & simulare cupressū
Nil opus ad Culicis tumulum* -----

quantumvis noster appinxerit, & eam,
novo exemplo, *letam*. Tamen suo quæq;
loco debebāt dici. Si in cothurno Sopho-
elis *Ranas* Aristophanis luserim, aut con-
trā, idque spectante Roscio; nonne ri-
deat, aut etiam indignetur? Nihilominus
ut *multis* etiam semel placerem, *Culicem*
hunc meum sæpè in Pharaonis purpuram
& ipsam adeò coronam impegi, Moses
scilicet novitius. Ut tamen paucis tuique
similibus etiā me probarem, Lector, sed
olim; scias, quæ nunc non quidem mo-
dio aut trimodio (ut noster fabulatur)
sed toto horreo tibi ad mensus sum, ea-
dem, quæ Culici quidē sufficiant, in eam
brevitatē coëgi, ut sex-septē pagellæ o-
mnia capiant. Atque ex istis potius me-
meamq; opellā, cujusmodi illa sit, velim
æstimari, quàm ex lāce hāc saturā aut co-

rio

PRÆFATIO.

rio Pantheræ. Quanquam causa etiã alia
& pro bono publico seria fuit, quæ me in
hunc ambitum illexit, quæ illa? ut præ-
sentior scilicet occasio esset, juventuti
nostræ, quæ se, in hoc præsertim studio-
rũ genere, supra vulgaria ista & domesti-
ca haud fermè erigit, admirationem & a-
morem aliquem non solum veterum, sed
& recentium in his literis principum in-
sinuarẽ, & aliquà persuaderẽ, non in hoc
Orbe solum, sed alibi etiam terrarum
Vivere, quos melior respexit ab arbore Phœbus.

Itaq; cum multa meis etiam verbis, quæ
mihi sanè diu quærenda non sunt, aut di-
cere, aut (quod nunc ferè solet) tacito au-
ctore in meum nomen transcribere, aut
ut mango aliquis litterarius interpolare
poterã; ut me scilicet aliquẽ facerem: ma-
lui tamen & verba ipsissima & nomina au-
ctorũ de industria inculcare, ùico eo fine,
ut elucos istos ac semisomnos excitarem,
& oculos paullatim obfirmarẽ, ne ad ra-
dios melioris auræ semper conniverent.

Cape me, LECTOR, & salve, salute LIT-
TERARUM.

OMNIVM habere hominum Genios, laus una
POETAE est;

Proque rei ingenio desipere & sapere.

Tambmannus.



HUMANIORUM
LITTERARUM IN ACADEMIA
VITTEBERGENSI STUDIO-
SIS S. D.

CULICEM deinceps bonarum
litterarum Candidatis explana-
bimus. Itanè ergo *Culicem*? in-
quis. ita dico; *Culicem*: sed nempe Virgi-
lianum. etiam *Pulicem* illum explicaturi, si
nomen, quod nimis verniliter mentitus
est, Ovidianum sic tueri posset, ut hic no-
ster suum sibi Maronianum. Sed nunc (ut
dixi) *Culicem* Poetæ nostri explicabimus,
& libro etiam Commentario, siquidem per
vos licet, onerabimus. Nec aliter fortasse
facere debui. Qui enim hætenus *Aeneida*,
Georgica, *Bucolica*, hoc est, maxima minima
Operis, ut sic dicam, Ordinarij pertexui,
cur hanc pulcherrimæ illius vestis & Palla-
dij quasi pepli extremam laciniam negli-
gerem? Fateor: *κόναψ* & *Musca* isti intexta
est, res minutissima. Sed quam tamen ho-
mo doctus libentiùs fortasse videat, quàm
grandem illum Elephantem, quem in ta-
bulâ

A

bulâ

bulâ litteras promuscide scribentem vidisse. *Ælianus* affirmat: aut illum, qui per *Catadromum* funambulus incessit, *Seneca* & *Suetonio* testibus. Ergo Poëticum hoc conopéum tollamus, & videamus, utrum animas illas Poëseos quattuor, *Nervum*, *Numerum*, *Candorem*, *Venustatem*, quæ in *Jovis* nepote *Aenea* invenimus, nunc etiam in hoc *Culice* & *humoris alumno*, possimus. Ego id futurum spero. nam ita noster est *Virgilius*, ut nec in *Muscæ* descriptione non possit esse *Virgilius*. Certè meam operam alicubi operosior fore prævideo in explicatione hujus Opusculi, quàm fuit in libro quovis optimæ max. *Aeneidos*: & quid si ætati etiam vestræ fructuosior? Faxit *Deus*, ut non tantùm vasa illa aurea iniquis *Aegypti* possessoribus eripiantur, sed & *Pharaonis* cyniphes culicesque; & conopéo atque aulæo, quod *Tabernaculum Domini* obvelat, artificiosè intexantur. Initium fiet ad diem *Martis* horâ **SECUNDA.**

P. P. Prid. Non. Decemb.

P. VIRG.



P. VIRG. MARONIS

CULEX.



VSIMVS, Octavi, gracili modulante

Thalia,

Atq; ut araneoli, tenuem formavimus
orsum.

Lusimus: hac propter Culicis sint carmina dicta.

Omnis ut historiae proludens consonet ordo

5 Notitiae, ducam vocem licet. invidus absit.

Quisquis erit culpae jocos Musamq; paratus,

Pondere vel culicis levior samâq; feratur.

Posterius gravioresono tibi Musa loquetur

Nostra, dabunt cum securis mihi tempora fructus.

10 Ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu:

Latoniae magniq; decus Iovis, aurea proles,

Phoebus, erit nostri princeps & carminis autor;

Et recanente lyrae fautor: sive educat illum

Alma Chimeræo Xanthi persusa liquore,

15 Seu decus astriferum, seu quâ Parnasia rupes

Hinc atq; hinc patulâ prætendit cornua fronte;

Castaliae & resonans liquido pede labitur unda.

Quare, Pierij laticis decus, ite sorores

Naiades, & celebrate Deum ludente choreâ.

20 Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrit

Agrestum bona fors curæ securâ; tenes quæ

A 2

Herbi

Herbiferos saltus nemorum silvasq; virentis:
 Te cultrice vagus saltus feror inter & astra.
 At tu, cui meritis oritur fiducia castris,
 25 Octavi venerande, meis allabere coeptis.
 Triste Iovis Poeniq; canit non pagina bellum,
 Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus:
 Nec Centauréos Lapithas compellit in enses:
 Vrit Erichthonias Oriens non ignibus arces:
 30 Non perfossus Athos, nec magno vincula Ponto
 Iacta, meo quærent iam sera volumine famam:
 Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
 Gracia cum timuit venienteis undiq; Persas:
 Mollia sed tenui percurrere carmina versu est:
 35 Viribus apta suis, Phœbo duce, ludere gaudet.
 Et tibi, sancte puer, memorabitur: & Tibi certet
 Gloria perpetuum lucens mansura per ævum:
 Et, Tibi sede piâ maneat locus: & Tibi sospes
 Debita felices memoretur vita per annos,
 40 Grata bonis lucens. Sed nos ad coepta feramur.
 Igneus Oetêas jam Sol penetrârat in arces,
 Candidaq; aurato quatiebat limina curru.
 Crinibus & roseis tenebras aurora fugârat:
 Propulit è stabulis ad pabula læta capellas
 45 Pastor, & excelsi montis iuga summa petivit,
 Lucida quâ patulos velabant gramina flores:
 Iam silvis dumisq; vaga, jam vallibus abdunt
 Corpora, jamq; omni celeres è parte va gantes,
 Scrupea desertæ perrepunt ad cava rupis:
 Tondent.

50

55

60

65

70

75

50 Tondentur tenero viridantia gramina morsu,
 Pendula projectis carpuntur & arbuta ramis:
 Densaq; virgultis avidè labrusca petantur:
 55 Hæc suspensa, rapit carpente cacumina morsu,
 Vel salicis lentæ, vel quæ nova nascitur alnus:
 Hæc teneras fruticum sentes rimatur: at illa
 Imminet irrigui properanti marginis undæ.
 O BONA pastoris! si quis non pauperis usum
 Mente prius doctâ fastidiat, & probet illic
 Omnia luxuriæ pretijs incognita, vitans
 60 Quæ lacerant avidas inimico pectore mentes:
 Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
 Attalicis opibus data velleræ: si nitor auri
 Sub laqueare domûs animum non tangit avarû:
 Picturæq; decus, lapidum nec fulgor in ullâ
 65 Cognitus utilitate manet: nec pocula gratum
 Alconis referunt Bœtiq; toreuma: nec Indi
 Conchea bacca maris pretio est: at, pectore puro,
 Sæpe super tenero prosternit gramine corpus,
 Florida cum tellus, gemmanteis picta per herbas,
 70 Vere notat dulci distincta coloribus arva:
 Atq; illum, calamo lærum recanente palustri,
 Otiq; invidiâ degentem ac fraude remotâ,
 Pollentemq; sibi viridi cum palmite ludens
 Imolia pampineo subter coma velat amictu.
 75 Illi sunt grate rorantes lacte capelle:
 Et nemus, & fecunda palus, & vallibus intus
 Semper opaca novis manantia fontibus antra.

Qui magis optato queat esse beator evo,
 Quàm qui mente procul purâ, sensuq; probando
 80 Non avidas agnovit opes, non tristia bella,
 Nec funesta timet valida certamina classis?
 Non, spoliis dum sancta deùm fulgentibus ornea
 Tempia, vel erectus finem transcendit habendi.
 Illi salce deus colitur non arte politus:
 85 Ille colit lucos, illi Panchaica tura
 Floribus agrestes herbae variantibus adsunt.
 Illi dulcis adest requies, & pura voluptas,
 Libera, simplicibus curis. huc imminet: omneis
 Dirigit huc sensus: hæc cura est subdita cordi,
 90 Quâlibet ut requie, victu contentus, abundet,
 Iucundoq; locet languentia corpora somno.
 O pecudes, ô Panes, & ô gratissima Tempe,
 Fontis Hamadryadum, quarum non divite cultu
 AEmulus Ascreo pastor sibi quisq; Poëta,
 95 Securam placido traduxit pectore vitam
 Dulcibus in studiis: baculo dum nixus apricas
 Lætus agit curas: & dum, non arte canorâ,
 Compactâ solidum modulatur arundine carmen;
 Quem circa fessæ passim cubuere capellæ.
 100 His superet gelidis manans è fontibus unda,
 Quæ levibus placido rivis sonat orta liquore.
 At volucres patulis residentes dulcia ramis
 Carmina per varios edunt resonantia cantus.
 Hinc illi geminas avium vox obstrepit aures:
 105 Hinc querulas referunt voces, quæ nantia limo
 Corpora

Corpora

Corpora limpha sovet. sonitûs alit aëris echo.
 Argutis & culta fremunt arâore cicadis.
 Seu libet ad fontem densâ requiescere in umbrâ,
 110 Excelsis suprâ dumis : quos leniter afflans
 Aura susurrantis possit confundere venti.
 Anxius insidiis nullis, & lentus in herbis
 Concipit hic mitem projectus membra soporem,
 Tendit ut evectus radios Hyperionis ardor,
 Lucidaq; aetherio ponit discrimina mundo,
 115 Et jacet Oceanum flammâs in utrumq; rapaces.
 Et jam compellente vagæ pastore capellæ
 Imâ susurrantis repetebant ad vada lymphæ,
 Quæ subter viridem residebant cærulea muscum.
 120 Iam medias operum partes evectus erat Sol,
 Cùm densas pastor pecudes cogebat in umbras :
 Et procul aspexit luco residere virenti,
 Delia diva tuo: quò quondam, victa furore
 Venit Nyctilei, fugiens Cadmæis Agave
 125 Posterius pœnam natis è morte futuram,
 Infandas scelerata manûs è cæde cruentâ ;
 Quæ gelidis bacchata jugis requievit in antro.
 Hic etiam viridi ludentes Panes in herbâ,
 Et Satyri, Dryadesq; choros egere puellæ
 130 Naiadum cœtu. tantam non Orpheus Hebrum
 Restantem tenuit, rivis silvisq; canendo :
 Non tam te, Peneu, remorata est dia choréa,
 Multa tibi læto fundentes gaudia vultu :
 Ipsa lovi natura domum resonante susurro

- Quêis dâbat, & dolci fessas refovebat in umbrâ.
 135 Nam primùm pronâ surgebant valle patentes
 Aerie platanûs : inter quas impia Lotos,
 Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit,
 Hospita dum nimiâ tenuit dulcedine captos.
 At quibus, insigni curru projectus equorum,
 140 Ambustus Phaethon luctu mutaverat artûs,
 Heliades teneris amplexæ brachia truncis
 Candida fundebant lentis velamina ramis.
 Posterius cui Demophoon æterna reliquit
 Perfidiæ lamentandi mala. perfide multis,
 145 Perfide Demophoon, & nunc deslende puellis.
 Quam comitabantur, fatalia carmina, quercus,
 Quercûs ante datæ, Cereris quàm semina, vita :
 Illas Tripolemi mutavit sulcus aristas.
 150 Hic magnum Argœ navi decus, edita pinus
 Proceras decorat silvas : hic suberis arbor
 Appetit aëreis contingere motibus astra :
 Ilicis & nigra species : & læta cupressus :
 Umbrosæq; manent fagûs : hederæq; ligantis
 Brachia, fraternos plangat ne pópulus ictûs :
 155 Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lentæ,
 Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos,
 Quæis aderat veteris myrtus non nescia fati.
 Pastor ut ad fontes densa requievit in umbrâ.
 Securo pressos somno mandaverat artûs,
 160 Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
 Nî fors incertos iussisset dicere casûs.

NAM

Nam solitum volvens ad tempus tractibus iisdem,
 Immanis, vario maculatus corpore Serpens,
 Mersus ut in limo magno subsideret aestu,
 165 Obvia vibranti carpens gravis aëra linguâ,
 Squamosos latè torquebat motibus orbes.
 Pallebant aura vehementis ad omnia visûs,
 Iam magis atq; magis corpus revolubile volvens,
 Artoluit nitidis pectus fulgoribus, & se
 170 Sublimi cervice rapit: cui crista supernè
 Edita purpureo lucens maculatur amictu,
 Aspectuq; micant flammantia lumina torvo,
 Merabat sese circum loca: cum videt ingens
 Adversum recubare ducem gregis: acrior instat,
 175 Lumina diffundens, intendere; & obvia torvo
 Sapius arrepens infrendere: quod sua quisquam
 Ad vada venisset. naturæ comparat arma:
 Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore:
 Flexibus eversis torquetur corporis orbis:
 180 Manant sanguinea per tractûs undiq; guttae:
 Spiritibus rumpit fauces. quo cuncta parante,
 Parvulus hunc prior humoris conterret alumnum,
 Et mortem vitare monet. per culmina namq;
 Quâ diducta genas ponebant lumina gemmis,
 185 Hæc senioris erat naturæ pupula telo.
 Ictâ levi: tum prosiluit furibundus, & illum
 Obtritum morti misit: cui dissitus omnis
 Spiritus excessit sensûs. tum torva tenentem
 Lumina respexit serpentem cominus: inde

190 Impiger, examinis, vix compos mente, resurgit.
 Et validum dextrâ truncum detraxit ab orno,
 Quî (Casus sociârit opem, Numenve deorum)
 Horrida squamosi volventia membra Draconis,
 Atq; reluctantis crebris, fœdèq; patentis
 195 Ictibus ossa ferit, cingunt quâ tempora crista:
 Et quòd erat tardus somni languore remoto,
 Nescius aspiciens (timor obcæcaverat artûs)
 Hoc minus implicuit dirâ formidine mentem.
 Quem postquam vidit cæsum languescere, sedit.
 200 Iam quatit & bijuges oriens Erebo cit equos.
 Et piger aurato procedit vesper ab Oetâ: (Nox,
 Cùm, grege compulso pastor duplicantibus umbris
 Vadit, & in fessos requiem dare comparat artûs.
 Cujus ut intravit levior per corpora somnus,
 205 Languidaq; effuso requierunt membra sopore,
 Effigies ad cum Culicis devenit, & illi
 Tristis ab eventu cecinit convicia mortis.
 Quis meritis, inquit, aut quæ delatus, æterbas
 Cogor adire vices? tua dum mihi carior ipsâ
 210 Vita fuit vitâ, ravior per inania ventis:
 Tu lentus resoves jucundâ membra quiete,
 Ereptus tetrâ è cladibus: at mea manes
 Viscera Letheas cogunt transnare per undas.
 Præda Charontis agor: viden' ut flagrantia tedis
 215 Lumina collucet infestis omnia templis?
 Obvia Tisiphone serpentibus undiq; compta,
 Et flammâs & seva quatit mihi verbera Pœna;
 Cerbe-

Cerbe
 Angu
 San
 220 Heu
 Resi
 Pran
 In va
 225 Iusti
 Alte
 Ad
 Pa
 Ex
 230 A
 Q
 A
 T
 N
 235 D
 C
 E
 240
 245

Cerberus & diris flagrans latratibus ora,
 Anguibus hinc atq; hinc horrent cui colla reflexis,
 Sanguineiq; micant ardorem luminis orbes.

220 Heu quid ab officio digressa est gratia? cum te
 Restitui Superis leti jam limine ab ipso?
 Præmia ubi pietatis? ubi pietatis honores?
 In vanas abiêre vices: & rure recessit

225 Iustitiæ prior illa fides: instantia vidi
 Alterius sine respectu mea sata relinquens.

Ad pariles agor eventus. Sit pœna merenti,
 Pœna sit exitium: modo, si cui grata voluntas,
 Existat par officium, seror avia carpens,

230 Avia Cimmerios inter distantia lucos:

Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ,
 Atq; alias alio densent super agmine turmas.
 Terreor à tantis insistere, terreor, umbris.

Nam vincitur sedet immanis serpentibus Otos,

235 Devictum mœstus procul aspiciens Ephialten:
 Conati quondam cum sint incendere mundum.
 Et Tityos, Latona, tuæ memor anxius iræ
 Implacabilibus divis jacet alitis esca.

Ad stygias revocatus aquas, vix ultimus anni

240 Restat, nectareas divum qui prodidit escas,
 Gutturis arenti revolutus in omnia sensu.

Quid? saxum procul adverso qui monte revolvit?
 Contempsisse dolor quem numina vincit acerbus.

Otia quærentes frustra sub lite puellæ

245 Ite, quibus tædas accendit tristis Erinny,

Sicuti

Sicut hymen præfata dedit connubia mortis :
 Impietate ferâ quum cernam Colchida matrem
 Anxia sollicitis meditantem vulnera natis.
 Iam Pandionias miserandâ prole puellas, (Rex
 250 Quarum vox querula est, superas quoq; Bistonius
 Orbus Epops mæret volucres evectus in auras.
 At discordantes Cadmeo sanguine fratres
 Iam truculenta ferunt infestaq; lumina corpus
 Alter in alterius : jamq; adversatus uterq;
 255 Impia germani manat quod sanguine dextrâ.
 Obvia Persephone comites Heroidas urget
 Adversas præferre faces. Alcestis ab omni
 Inviolata vacat curâ, quod seva mariti
 Isthic Alcyonas Admeti cura morata est.
 260 Ecce Ithaci conjunx semper decus Icarioris,
 Feminæ concepta decus manet; & procul illam
 Turba ferox juvenum telis confixa procorum.
 Quin misera Euridice tanto mærore recessit,
 Pœnaq; respectûs & nunc in te manet, Orpheu.
 265 Adax ille quidem, qui mitem Cerberon unquam
 Credidit, aut ulli Ditis placabile numen:
 Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus
 Nec mæsta obtentâ ditis ferrugine regna, (undis,
 Desossaq; domos, ad Tartara nocte cruentâ
 270 Obsita, nec faciles Dictæo iudice sedes,
 Iudice, qui vitæ post mortem vindicat acta.
 Sed fortuna valens audacem fecerat Orpheu.
 Iam rapidi steterant amnes, & turba ferarum

Blan-

Bland
 275 Iamq;
 Quer
 Spont
 Laben
 Pressit
 280 Audit
 Hec e
 Eury
 Non
 Illa
 285 Prae
 Lun
 Sed
 Of
 D
 290 Pe
 Vos
 AE
 Per
 Co
 295 H
 A
 Al
 Ar
 O
 300 Qu
 Te

Blandâ voce sequax regionem insederat Orphei,
 275 Iamq₃ imam viridiradicem moverat altè
 Quercus humo, steterant amnes silvæq₃ sonore
 Sponte suâ canius rapiebant cortice amarâ:
 Labentes bijuges etiam per sidera Luna
 Pressit equos: & tu currenteis, menstrua Virgo,
 280 Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
 Hec eadem potuit Ditis te vincere conjunx,
 Eurydicenq₃ ultrò ducendam reddere, non fas
 Non erat in vitam divæ exorabile mortis.
 Illa quidem nimium manes experta severos
 285 Præceptum signabat iter: nec rettulit intus
 Lumina, nec divæ corrupit limina linguâ.
 Sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
 Oscula cara petens, rupisti jussa deorum.
 Dignus amor veniâ, gratum si Tartara noissent
 290 Peccatum meminisse. Grave: at vos sede piorum,
 Vos manet Heroum contrâ manus. Hic & uterq₃
 AEacides. Peleus namq₃ & Telamonia virtus
 Per securâ patris letantur munia, quorum
 Connubiis Venus & Virtus injunxit honorem;
 295 Hunc rapuit feritas: illum Nerëis amavit.
 Assidet hæc juvenis sociatæ gloria sortis
 Alter, in excursu referens à navibus igneis
 Argolicis Phrygios torvâ feritate repulsos.
 O quis non referat talis divortia belli!
 300 Quæ Trojæ videre viri, videreq₃ Graij!
 Teucrea quum magno manaret sanguine tellus,
 Et Si-

Et Simois, Xanthiq, liquor, Sigeaq, præter
 Littora (dum Troas sævi vis Hectoris ire
 Viderit in classes inimicâ mente Pelasgas
 305 Vulnera, tela, nece, ignes, inferre paratos.
 Ipsa magis namq, Ida potens feritatis, & ipsa
 Acta faces altrix cupidis præbebat alumnis:
 Omnis ut in cineres Rhoetei littoris ora
 Classibus ambustis flammâ lacrimante daretur.
 300 Huic erat oppositus contra Telamonius heros,
 Objectoq, dabat clypeo certamina: & illinc
 Hector erat Trojæ summum decus. acer uterq,
 Fulmineus cælo veluti fragor, editur ense
 Tegminibus telisq, super, si classibus Argos
 315 Eriperet reditûs. ille ut Vulcania ferro
 Vulnera protectus depellere navibus instet.
 Hic erat AEacides vultûs elatus honore
 Alter, Dardanio fufis quòd sanguine campis,
 Hectoreo victor lustravit corpore Trojam.
 320 Reddidit heu gravius poenas tibi, Troja, ruentè
 Reddidit Hellefontiacas obiturus ad undas.
 Rursus acerba fremit, Paris hunc quòd letat, &
 Alta dolis Ithaci virtus quòd concidit ic̄ta. (hujus
 Hinc gerit everfos proles Laertia currûs,
 325 Et jam Strymonij Rhesi, victorq, Dolonis:
 Pallade jam letatur ovans: rursusq, tremiscit
 Ians Ciconas, jam jamq, horret Læstrigenas atros.
 Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
 Aetnæusq, Cyclops: illum metuenda Charybdis,
 Pallen-

Pallente
 Hic &
 Assidet
 Doris
 Illa v
 335 Cur a
 Tendit
 Frang
 Vis re
 Arcis
 340 Per
 Sign
 Cur
 Vna
 On
 345 Si
 Co
 Ac
 Co
 Im
 350 Eu
 Lit
 Fl
 He
 355 On
 In
 H

- Pallentesq; lacus & squallida Tartara terrent.
 Hic & Tantalei generis decus amplius Atreida
 Assidet, Argivum lumen, quo flamma regente
 Doris Erichthonias prostravit funditus arces.
 Illa vices hominum testata est copia quondam.
 335 Cur aliquis propriae fortunae munere dives
 Tendit in eVectus caelum super? omne propinquo
 Frangitur invidiae telo decus. ibat in altum
 Vis repetens Argos patrium, ditataq; praedam
 Arcis Erichthoniae: comes huic erat aura secunda
 340 Per placidam cursu pelagus: Nereides undis
 Signa dabant: pars inflexis subit acta carinis:
 Cum, seu caelestis auro seu sideris ortu,
 Undiq; mutatur caeli nitor: omnia ventis,
 Omnia turbinibus sunt anxia. jam maris unda
 345 Sideribus certat consurgere: jamq; superne
 Corruere & Sol iis & sidera cuncta minantur:
 Ac venit in terras caeli fragor. hic modo leta
 Copia, nunc miseris circumdatur anxia fatis.
 Immoriturq; super fluctus, & saxa Caphareis,
 350 Euboicas & per cautes, Gyraeq; late
 Littora: cum Phrygiae passim vaga praeda peractae
 Fluctuat omnis in aequoreo jam naufraga fluctu.
 Hic alij fidunt pariles virtutis honore
 Heroes, mediisque siti sunt sedibus omnes,
 355 Omneis Roma decus magni quos suscipit Orbi.
 Iure igitur tali sedes pietatis honore est.
 Hic Fabij Decijq; hic est & Horatia virtus;

Hic

Hic & fama vetus nunquam moritura per avum
 Curtius, è mediis quem quondam sedibus urbis
 360 Devotum bellis consumpsit gurgis inundans.
 Mucius &, prudens ardorem corpore passus,
 Legitimi cessit cui fracta potentia Regis.
 Hic Curius clara socius virtutis: & ille
 Flaminius, devora dedit qui corpora flammæ.
 365 Illi Scipiadaeq; duces, devota triumphis
 Mœnia quos rapidos Libyæ Carthaginis horrent.
 Illi laude suâ vigeant: ego Diris opacos
 Cogor adire lacus; viduus à lumine Phœbi
 Et vastum Phlegethonta pati, quo maximâ Minos
 370 Cognita discernit scelerata piacula sede.
 Ergo quam causam mortis, quam dicere vitæ
 Verberibus sævæ cogunt sub iudice Pœnæ,
 Cum mihi tu sis causa mali; nec conscius adsis?
 Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis?
 375 Tu tamen in vanos dimittes somnia ventos,
 Et mea diffusas rapientur dicta per auras,
 Eheu mirandus nunquam labor! auferor ultra
 In diversa magis, distantia limine certo.
 Elysiam tranandus agor delatus ad undam
 380 Digredior nunquam rediturus, tu cole fontes;
 Et virides nemorum silvas & pascua letus.
 Dixit: & extremâ tristis cum voce recessit.
 Hunc ubi sollicitum dimisit inertia vitæ,
 Interius graviter mentem agret: nec tulit ultra
 385 Sensibus infusum Culicis de morte dolorem:
 Quat.

Quat.

- Quantumcunq; sibi vires tribuere seniles,
 Quaeis tamen infestum pugnans devicerat hostem;
 Rivum propter aquae viridi subfronde latentem,
 Conformare locū capiz impiger: hunc & in orbem
 390 Destinat: ac ferri capulum repetivit in usum,
 Gramineam ut viridi foderet de cespite terram.
 Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
 Congestum cumulavit opus, atq; aggere multo
 Telluris tumulus formatum crevit in orbem.
 395 Quem circum lapidem laevi de marmore formans
 Conserit, assidue curae memor. hic & acanthus,
 Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
 Et violae omne genus hic est, & Parthica myrtus,
 Atq; hyacinthus; & hic Cilico crocus eductus arvo,
 400 Laurus item Phoebi surgens deus: hic rhododaphne,
 Liliaq; & rores, Nonacria tura, marini:
 Herbaq; turis opes prisca imitata Sabina:
 Chrysantesq; ederaq; viter patiente corybo,
 Et Boccus Libyae regis memor: hic amarantus,
 405 Bupibalmusq; virens, & semper florida pinus.
 Non illinc Narcissus abest, cui gloria formae
 Igne Cupidinea proprios exarsit in artus:
 Et quoscunq; novant verrania tempora flores.
 His tumulus super inseritur: tum fronte locatur
 410 Elogium, tacitâ firmat quod litera voce:

B

PAR.

PARVE CULEX, PECUDUM CUSTOS TI
 EI TALE MERENTI
 FUNERIS OFFICIUM VITAE PRO MU-
 NERE REDDIT.

Explicit Culex.

P. VIR-



ide
us
the
un
ell
gil
cte
tis
ali
ill
dit
ge
Co
fu
oc



P. VIRGILI MA-
RONIS

CVLEX,

Cum Commentario libro

Frid. Taubmani, wonsesensis.

Poëmation, quod præ mani-
bus habemus, & publicè ex-
plicare decrevimus, CVLEX
inscribitur: & auctor hujus
idem est, qui eorum operum, quæ huc
usq; tractavimus, hoc est, divinus *Par-*
thenias, & qui, judicio magni Scaligeri,
unus omnium Poëtarum scivit, quid
esset, non ineptire. Etsi enim in hæc Vir-
giliij Appendice quædam Poëmata ha-
tenus fefellerunt, atq; in isto diuinita-
tis Virgilianæ nimbo ÆTNA, DIRÆ,
alia apparuerunt: nuper tamen lyncea
illa & aquilina Criticorum acies pervi-
dit, latere in isto nimbo deos minorum
gentium Poëticos: & sub Ætinâ quidē
Corn. Severum; sub *Diris* Val. Catonem;
sub alijs alium. *Culicem* verò extra
controversiam, an & Ceirin? eius esse

I. C. Scaliger.
Poet. l. x. cap.
vlt.

B 2

Poetæ,

Poëtæ, cui Scaliger Aras statuit, in Ope-
re admirabili Poëtices. Quæritur au-
tem à Curiosulis, Quando, aut quâ æta-
te Virgilius hunc *parvum h. moris alumnus*
Culicem ediderit? Tralatitium qui-
dem hodie est, opusculum hoc majoris
operæ aut ingenij quoddam quasi pro-
ludium aut experimentum fuisse; vel,
ut P. Bembus delicias facit, ludentis a-
dolescentiæ quasi partū. immò & certū
annum, quo partus hic Partheniæ no-
stri in lucem sit editus, designarunt.
Nam litterator ille, qui, sub personâ
Donati, *vitam Virgilij* consarcinauit, peda-
gogis persuasit, anno ætatis decimo
quinto ipso confectum esse. Non ali-
ter, atq; si Musæ huic Mantuanæ obste-
tricus esset. Sed Scaliger noster cla-
rissimis docuit argumentis, non hoc
pueri aut tironis, sed *αἰδρὲ καὶ τελαίᾳ*
Virgilij Opus esse; quantumvis quo æ-
tatis suæ anno id scripserit, certò non
constet. Nam & Suetonius in vitâ
Lucani tradit; Lucanum Romæ inter
æqualium suorum plausus, quum ma-
gno successu & favore Poëma aliquod
recitaret; ut ostenderet, quanto junior,
quàm

*Donatum Sca-
liger appellat
animam Virgi-
lij: ego potius
Scaligerum.*

quàm
exul
ad C
hæc
tran
eun

ante
se a
lun
mo
De
fa
es
re
lig
tra
tic
sc
te
u
n
e
t
d
c

quàm Virgilius, Poëticam attigisset, exultabundū dixisse: *Et quantum mihi restat ad Culicem?* quum tamen, quo tempore hæc dicebat Lucanus, iam eam ætatem transcenderit; vel Statio teste: qui eundem & Pharsaliam ac

— *prælia belli,*

Quæ gessere pares, hinc Socer, inde Gener,

ante annos Culicis Maroniani cecinisse se adfirmat. Atq; is hoc quidem Bellum-Ciuile inemendatum reliquit, mori coactus anno ætatis XXVII. Deinde Virgilius in Culice non excusaret stili leuitatem, nisi conscius sibi esset, maiora se aut scripsisse, aut scribere potuisse. Porro, (inquit idem Scalliger) si verum est, quod in Vitâ ipsius traditur, Virgilium prius ob Mathematicæ ac Medicinæ & Veterinariæ rei scientiam, quàm ob Poëticam facultatem, Octauio notam fuisse: necesse est, ut minor XV annorum eas scientias omnes attigerit. quod & putare ridiculū est. Quomodo deniq; quindecim tantum annos natus Octauio Culicem dedicauerit, quem iam grandior primū cognouit? Quocirca hunc Culicem nō

B 3

tironis,

tironis, sed adulti perfectiq; Poëtæ Opus censeamus: & hâc fiducia etiam deinceps tractemus. Cum autem Editiones nescio an vetustate, an Correctorum potius curiositate mirificè varient, ne nos cum illis, inter tot opinionum procellas, fluctuemus, statuimus editionem *Iosephi Scaligeri* pressò quasi pede sectari

Etsi enim est, ubi & vulgatæ editiones aut tolerari, aut cum Scaligeri de præstantiâ certare poterant: tamen, ut dixi, viam, quam princeps ille litterarû lineâ quasi albâ signavit, ad extremum usque calcem instare, è re nostrâ esse iudico. Nam sic & tempus, *πολυπλέστον ἀνάλωμα* illud, quod in contentione aut emendatione Operis ponendum erat, lucrabimur: & fastidio medebimur Auditorum, qui ad minutias variantis lectiois facillimè solent nauseare, & nugas eam omnem operam deputare, quæ in Correctione textus ponitur: ignari scilicet, mentem Autoris explicari non posse, nisi prius fundamentum statuatur Solida aliqua lectio. Eam autem in hoc Calice erudiri censent, &

ratio persuadet, hanc Scaligeri esse; aut certe veræ solidæque, quam alibi nunc frustra quæras, proximam.

ARGUMENTVM CVLICIS.

PASTOR quidam senior, cum pedes ad fontem compulisset, ipse se in umbrâ juxtâ explicuit & obdormivit. Consueverat autem Serpens ad eum fontem venire siti levandæ. Is ergo ubi pastorem conspexit, imminere ipsi, & conficere novum adventorem satagebat. Quid sit? Bona aliqua fortuna pastori *Culicem* impingit, qui dormientem fodiat eâ parte, quâ ictus facillimè sentitur; nempe ubi παρωπιος h. e. oculorum anguli, qui ad tempora sunt connivent aut coeunt. Pastor excitatus *Culicem* attritu interemit, imprudenter *Servatorem* suum. Effigies ergo sive spectrum *Culicis* noctu obversatur dormienti: graviter cum eo expostulat, accusatq; hominem ingratitude, quod vitâ spoliasset, qui vitâ ipsi adservisset, atq; in istâ occasione *Historiâ Inferorû* curiosè recitat. Credas ex disciplinâ *Pythagoro-*

thagoricæ μετεμψυχώσεως, animam, huius Culicis aliquando Historici fuisse. Pastor somno excitatus casum servatoris sui miseratur, eiq; sepulchrum & elogium constituit. Res, autore I. Parrhasio, gesta est in Thessaliâ juxta Thebas cognomento Phthiotitas, ut ipse Poëta iudicium facit infra;

Condensas pastor pecudes iogebat. &c.

Deniq; & hoc obiter nunc insinuatum volo Auditoribus, Poëtam nostrum in picturâ tam tenui, & sterili argumento, ut dignum aliquid oculis & auribus proponeret, multa adhibuisse τὰ ἀπερροε, quæ meliorem partem Poëmatis occuparunt. Nam circa laudes Vitæ rusticanae, Pastorum bona, Arborum & herbarum descriptiones, Inferorum imprimis historiam multum defudatur. De CULICE verò, quantum dici potuit, tantum dicitur, hoc est, minimum. Ita materiæ ipsius præcipuæ pars hic minima fuerit.

CVlex) Culex, Græcis κώνωψ, Hesy-
chio κόνωπιε, nostris Ein Schnack;
de genere insectorum est volu-
crium: & in secretis Naturæ inter ani-
malia immense subtilitatis, & spectatissimæ arti-
ficij atq; inextricabilis perfectionis habetur: a-
deoq; dignissimus, in quo Virgilius no-
ster, quem Alteram-Naturam Scaliger ap-
pellat, ingenij subtilitatem exercuerit. *lib. 12.*

Auctore Isidoro Hispalensi Episcopo,
CULEX ab aculeo dictus est: quod sanguinem
sugat. Habet enim in ore fistulam in modum sti-
muli quâ Carnem terebrat, ut sanguinem bibat.

Naturæ mystes Plinius miratur, ubi *lib. XI. cap.*
Natura tot sensûs in Culice collocârit:
ubi visum in eo prætenderit: ubi gusta-
tum applicârit: ubi odoratum inserue-
rit: ubi verò truculentam illam & pro-
portione maximam vocem ingenerâ-
rit: quâ subtilitate pennas adnexuerit:
prælongârit pedum crura: disposuerit
jejunam caueam, uti aluum: auidam
sanguinis, & potissimum humani sitim
accenderit: telum verò perfodiendo
tergore, quo spicularit ingenio: atq; ut
incapaci, cum cerni non possit exili- *si duplici, mu-*
tas, ita reciprocâ geminârit arte, ut fo- *tuo sibi con-*
diendo *sentiente.*

B s

diendo

Scaliger. Pro-
legom. in Eu-
seb.
De Anima c.
10. vs 25.

Ensid. 6.

diendo acuminatū pariter sorbendoq;
fistulosum esset. Etiam ille inter Theo-
logos Christianos acutissimus & eru-
ditissimus Pœnus, Tertullianus, in Culice
miras delicias facit. Herophilus, inquit, ille
medicus professor, an lanus, qui sexcentos exsecuit,
ut naturam scrutaretur, & Philosophi, inter ipsa ar-
tificia exsecutionis, pro certo renunciarunt, Culicibus
desse pulmones & arterias. Dic mihi inspector cu-
riosissime; Oculos habent ad videndum? Atquin &
pergunt quò volunt; & vitant & appetunt, quæ
videndo sciunt. designa oculos: denota pupillas. Sed
& personant Culices: TVBAM pariter &
hiantiam oris illius ostende. Idem Theolo-
gus contra Marcionem lib. 1. cap 14.
Culici & Tubam & LANCEAM, planè
heroico sermone & spiritu tribuit: haud
aliter, ac si res ipsi esset cum Miseno illo
Æcolide,

Qui magni fuerat comes Hectoris: Hectora cir um
Qui LIVO pugnas insignis obibat & HASTA.
Etiam Politianus adolescens ες τας
κωνωντες epigramma scripsit, anno Chri-
stiano 1493. quod legitur in Tomo se-
cundo Operis extremo. PORRO
CVLEX varias loquendi formas & A-
dagiones sæculo erudito peperit. In
Calinâ Plauti, act. 2. sc. 3. CANA Culix per
con.

Cana Culix.

convitium appellatur senex amasius,
quòd suâ promuscide cutem formosa-
rum mulierum pertundat, & tanquam
siphone sanguinem eliciat: interprete
quidem Turnebo lib. 16. cap. 3. Adver-
sar. Apud A. El. Spartianum, in vitâ A-
driani Cæsaris: cum Florus Poëta ad
Cæsarem scripsisset:

E GO nolo Cæsar esse,
Ambulare † per Britannos,
Sylbicas pari pruinas:

pro Ambulare.

rescripsit Cæsar Adrianus:

E GO nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas;
Latitare per popinas,
Culices pari rotundos.

Quo ultimo versu Imperator Flo-
rum acerbè suggillat, vitam illius in
ganeis & popinis describens. Honesto **NB.**
enim Viro non fuit olim turpius in lu-
panari conspici, quàm in Cauponâ vel
vinariâ tabernâ. Culicibus autem in-
festa esse, Oenopolia, & similes locos,
nemo ignorat: qui saltem legerit apud
Philosophum, nasci eos è vermiculis,
qui generantur ἐκ τῆς περὶ τὸ ἄζωον ἰλύος,
& ut Plinius interpretans ait, in acies *Culex rotundo-
sus.*
te naturâ. Hos autem rotundos vocat: vel
quia suctu sanguinis impleti, distentâ
cute

cute rotundantur: vel ad tumusculos
 respiciens, qui in punctâ cute Culicis a-
 culeo excitantur, verè semitotundi.
 quemadmodum hæc contra Turnebum
 Casaubonus exponit. Est etiam adagiũ,
 κώνωπα ἐλέφαντι ὡς ἰσοβάλει, *Culicem e-*
lephanto componere: de eo, qui minima ma-
 ximis comparat. Nobile est & illud,
 quo Sequester & Servator generis no-
 stri, CHRISTVS utitur, apud D.
 Matthæum cap. XXIII. in hypocritas,
 τὴν κώνωπα διυλίζοντες, τὴν δὲ κάμηλον
 κατὰ πίνοντας: qui *culicem per:olant*, *Came-*
lum autem d glutunt: hoc est, qui in fru-
 lis anxie & superstiosè trepidant; ea
 autem, in quibus momentum est præci-
 pium, de industriâ negligunt. Deniq;
 & hoc moneo, ἀ κώνωψ dictum veteri-
 bus κωνωπέον: quod & Latini suum fe-
 cêre. Et est *Conopœum* papilio, seu ge-
 nus retis, in modum tentorij, quod ar-
 cendis muscis & Culicibus lecto obté-
 ditur, Nili accolis in Ægypto, præter
 cæteros, usitatum: quòd ea loca, pro-
 pter paludes Nili, hoc genere infecti
 scaterent, teste etiam Plinio libr. 9:7.
 Hinc Flaccus Epod. 9. in castris Anto-
 nij

Culicem per-
solare.

Conopœum.

nij & Cleopatrarum etiam *Conopeum*, ut molle & Romanae disciplinae parum decorum reperiri indignatur.

— *miles Spadonibus*

Servire rugosis potest:

Interq; signa TVRPE militaria

Sol adspicit Conopeum.

Contraxit autem penultimam libertate Graecam, quam in talibus abiicitur: quomodo & princeps Elegiae Propertius lib. 3. el. 9. editionis Scaligeri; quam, ut alibi semper, ita in hoc etiam Commentario sequi decretum est nobis:

Fedaque Tarpeio Conopea tendere saxo &c.

eandem Cleopatrarum militiam infectatur.

LVSIMVS) Ingeniosè & quasi ex insidijs Poeta noster Lectori insinuat, quantum fidei tribuere huic narrationi debeat. Nempe historiam à Fide & Vero conceptam non esse, sed Poëtici tantum & luxuriantis ingenij lusum; unde versu quinto signate *OCV M* appellat. Ita idem noster, cum in VI. Operis Opt. Maximi veller ostendere, ea omnia, quae duce Sibylla apud Inferos tam ambitiosè Aeneam videre & agere fecerat, non historiam, sed Poëticum

ticum

ticum figmentum, & nebulas Heliconis (ut Satyrici verbis dicam) esse: vnico verbulo lectori, qui quidem *navis obesa* non sit, insinuat: quando Æneam suam per portam eburneam ab inferis remissum scribit. Cum enim somniorum portæ duæ crederentur: *Cornea* una, altera *Eburnea*: & per illam quidem vera somnia, per hanc falsa emitti: prudenter per eburneam Poëta Æneam eduxit: ac si dixerit: Tota illa *παρατολογία* Inferorum ficta, non visa mihi est. Nam symbolicè per portam *Corneam* Oculi significantur, quòd *Cornei* sint coloris & duriores cæteris membris: per *Eburneam* verò Os: à dentibus. Quæ enim loquimur, falsa esse possunt: at quæ videmus, haud dubiè vera. Vnde Plautus: *PLVKIS est oculus testis vnus, quàm auriti decem.*

Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.

Et Seneca Stoicus Epist. 6. *PLVS homines oculis, quàm auribus credunt.* Deinde Virgilius verbo *LVDENDI* modum & ingenium operæ suæ, quam ponit in hoc Poëmatio, describit. Nam *Ludere* & *Ludium* de Poëmate nec valdè ferio, nec

ope-

*Somniorum
porta gemina.*

*Trucul. act. 2.
sc. 6.*

*Ludere.
Ludus.*

operoso Poëtæ usurpant : quomodo
 Ausonius de Gripho Ternarij numeri,
 v. penultimo utitur. Quo animo &
 Horat. 1. Sat. 10. *garrive libellos* dixit. Aliàs
Ludendi verbum, (quod ad lucem aliorū
 locorum in occasione dicam) subputi-
 dum est, & lasciuæ significationis. Li-
 uius Andronicus : *Adfatim edi, bibi, lusi.*
 Quod expressit Sardanapallus in Epita-
 phio suo, apud Athenæum libr. 12.
 ἐγὼ ἔβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἐώρων ἔ-
 ἤλιον
 φῶσ, ἔπιον, ἔφαγον, ἢ φροδισίασα :

EGO REGNAVI, ET QUAMDIU
LUCEM SOLIS SUM INTU-
 ITVS,

BIBI, COMEDI, VENEREM EX-
 ERCVI:

Nam hæc tria veteres semper coniun-
 xerunt, EDERE, BIBERE, LV-
 DERE. Vnde voluptarij dicebant :

ἔδιδε, πῖνε, παῖζε, τ' ἄλλα οὐκ ἀξία τέττε,
Ede, bibe, lude, cætera non sunt facienda huius.

Vide Isaacum Casaubon. Animadver-
 sionibus in Athenæum lib. 12, cap. 7. ubi
 inter cætera docet, *παῖζε* & *Ludere*, nihil
 aliud significare, nisi *ἐξᾶρ*. Ita Catullus
Ludite, ut libet: & brevis

Liberos date ———

Ovi-

Veterum verba

*Quod manu
 gestu animan-
 dum est.*

Ovidius lib. 1. Amor. eleg. 8.

Ludunt formosæ : casta est, quam nemo rogavit.

Vide & Laur. Ramirez ad Martial. 1. epigr. 4. item I. Lipsium ad Taciti Annal. lib. XIII.

OCTAVI) Inscriptit & dedicavit Poëma hoc suum Virgilius Octavio Cæsari Augusto : tali patrono, qui maiestate suâ lucem & dignitatem huic per se obscuræ meditationi foenerari potuit : qui ipse bonas artes, adeoque poëticam doctus : qui Poëtam unicè carum & æstimatum habuit : qui ingenio Poëtæ ita delectabatur, ut subinde Carminis aliquid per epistolas ultro rogaret : qui deniq; incredibili liberalitatis magnificentiâ res & fortunas Poëtæ, cum nonnullis amicorum communium, ita locupletavit, ut moriens centies sestertium reliquerit, hoc est, ducenta quinquaginta aureorum millia : uti etiam laudat & computat Budæus, lib. 3. de Assè. Nec sanè mirum cuiquam videri debet, quod inter alia de diuitijs Poëtæ scribitur, cum una Octavia, Augusti soror, pro viginti & uno versibus, quos VI. Æneid de filio Marcello pronunciauit, 5250 Coronatos, siue argenteos

*Diuitia Poe-
ta non Pæti-
ca*

*Pro XXI.
vers. 6562.
talors.*

teos
ta n
præ
pera
com
drie
fide
Opt
ties
leor
éy
gim
& P
rol
tum
ce, &
buit
dos,
poe
G
Ma
ad
Sic
pan
M
exa
tion
dos

reos unciales 6562. ad rationem mone-
 tæ nostratis sic computatum, eidem re-
 præsentaverit. Cui tamen & sic res pau-
 pera fuit, si cum Philosophi Senecæ
 componatur, qui *ter millies sestertium* qua- *Seneca divi-*
 driennio cumulavit, Tacito indubitata *tia.*
 fidei teste, & alijs: quæ summa valet,
 Optimo Rittershusio calculatore, Cen-
 ties quinquagies centena millia Caro-
 leorum; seu, ut vulgò computamus
 ἐν πλάτῃ, Tonnas auri cētum-quinqua-
 ginta. Sed tamen nonne hoc pro Poëtâ
 & Philosopho nimium? Laudârim Ca- *Regis Gallie*
 rolum IX. Galliaë regem, & ipsum sci- *judicium de*
 tum Poëtam, magno illo Thuano judi- *Poetis.*
 ce, & qui Poëtâs in summo honore ha-
 buit. *Is Poetas instar equorū generosorum alen-*
dos, non saginandos, dicebat. Man muss ein
Poeten geben / das er ein Poet bleib.
 Gracili Thaliâ.) ita *gracilem libellū* dixit
 Martial. lib. 13. epigr. 3. & lib. 8. epigr. 24.
 ad Cæsarem Domitianum:

Si quid fortè petam timido graciliq; libello &c.
 Sic citharam *gracilis* Horatij dixit Lucanus
 panegyrico.

Modulante.) *Modulari* propriè est ad
 exactam mensuræ & numerorum raz-
 tionem quasi modificari. Inde ad mo-
 dos musicos Poëticosque transfertur.

C

Sue-

34 CULEX.

Suetonius in Caligulâ: *Modulato carmine canere.* Seneca Agamemni. v. 666.

Ramo cantat querula Edonis

Ityn in varios modulata sonos.

Hinc adverb. *modulatè*, ut Cic. De Nat.

*Ars Horatii
Poet. sine arte:
Aristotelis mu-
sila: Vide in-
choata. Scalig.*

*D. Tibiæ modulatè canentes. Cujus contra-
rium est, immodulatum.* Horatius de Arte
Poëticâ: *Non quivis videt immodulata poëma-
ta iudex.* Legitur & *Modulamentum.* Agel-
lius lib. 1. c. 7. *Sonus tamen & positura ipse
verborum satis declarant, id potiùs ἐπιμελεία
τῶν λέξεων modulamentis orationis M. Tullij con-
venisse &c.*

Thaliâ.) *Thalia*, una è Musis: quarum
tutelam & patrocinium Poëtæ solis si-
bi vindicant; quòd spiritu earum, quæ
alios lateant, ipsi inveniant. Per initia
autem duæ tantû Musæ à priscis Theo-
logis creditæ, qui sese earum discipulos
cecinere. Quarû altera dicta sit *μελετή*,
quæ quidem *meditando* inveniret; alte-
ra *ποίησις*, quæ inventa certo dispone-
ret *iudicio*. Postea ad novem usq; promo-
ta earum frequentia est; quòd nume-
rus hic perfectissimus habeatur: uti à
multis curiose doctum est. Vide mihi
tamen I. C. Scaligerum Poëtices lib. 1.
cap. 2. Et ordo legitimus earum ta-
lis

his est, auctore Fulgentio: Cleio, Euterpe, Melpomene, Thalia, Polymnia, Erato, Terpsichore, Urania, Calliope: ista ratione. Nam primum est, Velle doctrinam: Secundum, delectari quod velis: Tertium, instare id, quo delectatus es: Quartum, capere, quod instas: Quintum, memorari quod capis: Sextum, invenire de tuo simile ad id, quod memineras: Septimum, judicare quod invenias: Octavum, eligere de quo judicas: Nonum, bene proferre, quod elegeris. *Muse* autem $\omega\alpha\rho\alpha\ \tau\omicron\ \mu\alpha\iota\acute{\alpha}\delta\alpha\iota$ à Platone deductæ sunt, quibus scilicet *Inventio* attribuatur. Alij $\alpha\ \pi\omicron\ \tau\tilde{\delta}\ \mu\acute{\upsilon}\iota\delta\alpha\iota$: unde *Mystæ* & *Mysteria*: quo verbo *iudicium* designatur. Nutrix autem Musarum habitata est *Eupheme*: magna ratione. Præmium enim sapientum est bona fama. Unde plato in suis Legibus, *malam famam* pro supplicio multis statuit. *Thalam* autem, quæ hîc sola nominatur, quidam dictam censent, quasi $\tau\iota\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\alpha$. $\theta\acute{\alpha}\lambda\epsilon\iota\alpha\rho$, ponentem *gemma*: quidam $\alpha\ \pi\omicron\ \tau\tilde{\delta}\ \theta\acute{\alpha}\lambda\epsilon\iota\rho$, quod *virere* & *florere* significat. Eamque noster hîc potissimum nominasse videri potest: vel, quia agriculturæ & plantarum curam tradidisse

nonnullis credita est: vel, quia secundum Rhianum Poëtam veterem, unâ vocatâ Musâ omnes adsunt: uti diximus ad illud Æneid. 9. *Vos, ô Calliope, precor adspirare canenti.*

Lib. 9. c. 39.
Hist. lib. 11. c.
24.

Vt araneoli) Quemadmodum *araneus*, quod genus *αράχνη* Aristoteles nominat, *erudita operatione conspicuum*, Plinius; moderato ungue, tereti & æquali filo scutulatum aliquem textum, ipso se pondere usus deducit & suspendit: ita ego Carmen hoc de Culice non magni momenti quasi per ludum humili sermonis genere contexui & formavi. Araneorum telam sive texturam expendit etiam Seneca Epist. 121. Et observetur obiter, Petronium *araneam* dixisse pro vescis earum telis, ut explicat I. Doufa.

Orsum.) Summo iudicio hanc vocem elegit: ut metaphoram ab araneorum texturâ ceptam perpetuaret. Nam *Orsus* in declinatione quartâ usurpabatur priscis de telâ. Et *Ordiri* verbum esse propriû artis Minervæ, docuit etiam Lipsius, Epist. Quætion. lib. 2, cap. 24. ita Plautus *Pseudolo* act. 1, scen. 4.

Neg

Neg, exordiri primùm, unde occipias, habes,
 Neg, ad detexundam telam certos terminos.
 Ita Seneca in festivissimo illo ludo, quĩ
 ἀποκολοκύντωσις, sive, de morte Claudij Cæ-
 sariis, inscribitur, verbum *Ordiri* planè in
 re tali utitur: ubi Lachesis, Parcarum
 una, è fatali illâ colu annos Neroni de-
 ducere jubetur: At Lachesis, quæ & ipsa ho-
 mini fortissimo faveret, fecit; & plenâ ORD I-
 TVR manu &c. Idem & hĩc, Scaliger no-
 tat, vers. 34. - Percurrere carmina, verbum
 texturæ esse, *ordiri*. Græcum, inquit, est
 ὀρδημα, ἢ πολύπη τῶν ἐργῶν. item, ὀρδικόν,
 χιτωνίσκη. Deniq; & Festus: *Ordiri* est
 rei principium facere, unde & toga dicuntur *exor-
 dia*; ut in quibusdam Codd. legitur: vel
exordita, ut in alijs. Certè & Isidorus lib.
 19. c. 29. cum *Telæ* partes ordine expli-
 casset, addit tandem; *Ordire, est texere*. Vi-
 de & Notas infrà, v. 34.

Formavimus.) Verbum *formare*, etiam
 extra hanc à scütulato aranearũ tex-
 tu metaphoram; de re tali usurpatur.
 Cic. de orat. *Exercitatione & stilo formanda
 nobis oratio est*. Ibidem: *Verba sicut ceram for-
 mamus & fingimus*.

C 3

Hac-

Hæc propter.) unica dictione; ut
Quæ propter.

Culicis sint Carmina dicta.) Ac si dicat, rei levissimæ.

Carmina.) Qui omnia ex ipsis suis fontibus derivant, *Carmen* dictum volunt quasi *ἀρμονιον* aptum, concinnum, harmonicum. & hoc Hebrææ originis esse, ab *מְרַץ* id est, callidè & concinne composuit: vel, decenter coagmentavit, ut ceteri artifices solent. Latini à *Canio* flectunt; ut *Carnē* quasi *Canimen* antiqua pronūciatione: sicut *genimē* pro *germē*: *præcidanea*, *præcidaria*: *proletaneus*, *proletarius*. itē *Camena*. quasi *Canena*, à *canendo*. auctore Macrobio. *Canere* autē ab hiatu dixerūt, auctore Scaligero lib. 2. cap. 5. de causis. L. Lat. Græca voce, *ἐχάρον*. Nā *Æoles* ab eo, quod est *χαίρειν* non apponunt incrementa præteritis, sed dicunt *χάρον*, demuntq; adspiratio- nes quasi rem barbaram. *Canere* verò est vocem modulis certis tollere, aut premere, certisque temporibus producere aut corripere. Et est Poëtarum proprium. Ita noster, initio divini Operis, cum antea dixisset, - *gracili MODULATVS arenâ*, ei statim opponit **CANO**,

Arma

Arma virumq; CANO _____

quod verbum altero longè præstantius est. Vnde & Calliope Musarū regina est: quia cæteræ modulantur; illa canit: ut disputat Magnus Scal. lib. 3. cap. 26. Poët. & lib. 4. cap. 16. Sed cuiusmodi ille cantus fuerit, nos hodie ferè nescimus, quippe qui actionē sive pronuntiatiōnem veterem, quæ quasi anima & fundamentum omnis gratiæ, amisimus.

Pronuntiatio
vetus Lat. in-
terit.

Vt ergo Carmen quasi Canimen: ita Versus à vertendo: sed alio sensu atque vulgus censet. Vertere idem est quod sulcare aut scalpere: tollere aliquid è superficie, ita ut depressio relinquatur. In Cereis igitur stilo cum ducerent notas, frequentativo usi sunt, sicut & Agricolæ. Sic Cicero dixit, litteras exarare. Ad eum modum Versus dicti sunt lineæ illæ sive sulci, quibus verba scribebantur. Itaq; in omni scriptura tractus singuli orationis Versus sunt appellati. Postea cum redegisset cantum ad numerum castigationē, antiquū Versus nomen sibi fecere peculiare. Ex his colligitur definitio:

Versus unde
Quinctius
Atta: rurs
eroneq; are-
nus Offe-

Versus est dispositorum pedum certo numero ca-
stigata connexio: ut disputat Iul. Cæs.

Versus definitio.

Scali-

Scaliger Poët. lib. 2. cap. 1. Mario Victorino *Versus a versura* placet, more Græcorū, qui à *σπέφω βεσποφην. βεσποφηδόν*, formam scripturæ à conversione bovis arantis nominant.

Omnis ut historiæ prolud. &c.) *Lectionis*, quam Scaliger cōstituit, hic est sensus: Ut omnis ordo historiæ prolu- dens sive præludens consonet notitiæ, vocem in re tam tenui & humili dedu- cam: ut ita stilius etiam conveniat ma- teriæ. Vel hoc modo: Ut omnis ordo historiæ notitiæ consonet, deducam vocem &c. *Ita historia notitia* Poëtice dictū sit pro *historica*: quomodo noster 4. *Georg. Arcadij inventa magistri* dixit, pro *Arca- dici*. Sallustius, *Galliæ mulieres*, more Græcorum, qui dicunt *ἑλλεῖδες γυναικες*. Vel *lejus, Græciam iuventutem*. Tertullianus, *inculpata Latinitatis auctor*, teste Casaubono, *Audaciam Græciam*. Seneca de *benef. lib. 5. 24. macheram Hispaniam*. Per- sius, *heroas sensus*. Cicero, *fidicinas fides: La- pidem silicem*: & alij alia hujus notæ: de quibus copiosè Interpretes ad illud Plauti *Asin. act. 1. sc. 1. Venari rete iaculo in medio mari*. Quamvis Scaliger prior

Tertullianus
inculpata Lat
auctor.

priori explicationi magis fauere videatur.

Ducam vocem) Virget metaphoram superiorem à telâ araneorum. Et quemadmodum *filum ducere & deducere* dicimus : ita & vocem. Pomponius : *Vocem deducas oportet : ut mulieris videantur verba, i. tenuem reddas.* Vnde & noster Eclogâ 6. *deductum carmen* appellauit *tenuē* : translata à filis exilitate : ut Iul. Cæs. Scaliger explicat, lib. 4. cap. 20. Poëtices. Dicit igitur Poëta, se humili & communi modo orationem suam deducturum.

Ducam licet) *Licet ducam* significat, *possum, vel æquum est, ut ducam.* Lucanus l. 7.

Omnia vertamus maiorum, busta licebit, &c.

Cic. I. de Inuentione : *Harc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagorani licebit.* Vide de hâc voce *licet*, & Palmerij spicileg.

Inuidus absit) Deprecatur *ἠδὲ ἀποφροσύνη* inuidiam. Ita Aristenæus lib.

1. Epist. ἀπίτω φθόνῳ ἔκκαλλας, ἀπίτω
 βασιλεία τῆς χάριτος. Ita in Sacris,
 qui sceleribus contaminati erant, voce
 sacerdotis aut etiam præconis arcebantur.
 Ovid. 1. Fast. Innocui veniant. PROCVL
 HINC PROCVL IMPIVS EST O.
 Statius lib. 3. Siluar.

— adste

Dijq; hominesq; Sacris. PROCVL HINC

PROCVL ITENOCENTES.

Videatur Barn. Briffonius in Formul.
 Solemnibus lib. 1.

ATQVE hæc quidem loci huius
 sententia est, si lectionem sequamur,
 quam Scaliger nobis præiuit. Si tamen
 & vulgatam rectis intuemur oculis, nec
 illa fortasse reicula videri omnibus de-
 bet. Ea autem est huiusmodi:

Omni ut historiae per ludum consonet ordo,

Notitiaq; ducum voces, licet invidus adsit.

Ego certè et si vetus illud non nesciam,

τῆν τῶν κρατῶντων μάθε φέρειν ἐξ-
 σταν, & sic etiam in re litterariâ Impe-
 ratoris Scaligeri: tamen non possum
 non cum eruditissimo Casparo Barthio
 vulgatam etiam probare, & alteri pæne
 præ-

præferre. Cum enim fabulæ sit similis
narratio, dixerit, quasi aliud agentem
cum historiâ collusurum. Simili phrasi
Silius lib. I.

Inter geminas per ludum mobilis aures,

Quadrupedem fleclit, non cedens virga lupa-
tis.

Nec in altero versu difficultas est,
si *duces* accipiamus pastores: quomodo
infra v. 174.

Adversum recubare ducem gregis.

Ita *notitiæ ducum consonare voces* fuerit pasto-
rum more rusticas & impolitas esse.
Deniq; illud,

Ecce invidus adsit,

Ecce intelligamus, ut invidum quidem
non reiiciat, sed ea tamen conditione
adesse patiatur, ne vitilitiget, vel po-
tius hoc modo: Quamvis adsit inui-
dus & auscultet: qui tamen cunq; inge-
nuos nostros ludos vitilitigauerit, Cu-
licis pondere & opinione levior cense-
atur: Et notetur obiter sermo quasi pro-
verbialis, *Culice levior, vel pondere & jam d.*
Culicis levior, quomodo Comicus in Me-
næchmis act. 3. Sc. 2. Homo levior quàm
pluma.

Dabunt

Dabunt cum securos mihi tempora
fructus) cum temporis opportunitas o-
tium mihi certius & prolixius, quàm
nunc est, suppeditauerit. Barthius no-
ster censet, quos Poëta hîc *fructus* dicat,
adeptum esse, cum scriberet 4. Georg.

Illo Virgilium n e tempore dul is alebat

*Parthenope, studijs florentem ignobilis
otij.*

Quod conuenire tamen vix poterit, si
Culicem ἀδρῶ καὶ τελεῖς Poëtæ opus, atq;
ita seriùs scriptum cum Scaligero seriò
censeamus.

Vt tibi digna tuo &c.) Vt carmen
maiestate & ingenio tuo, ô Auguste, cõ-
dignum elaboretur, opus est mihi dux
& auctor Phœbus. Quem ob merita
& honorem Augusti, ingenti fiducia
excitat, ubicunq; nunc tandem sit loco-
rum, siue in urbe Xanthi, siue in cœlo,
siue in monte Parnaso.

Polire carmina

Poliantur carmina) Ita Ouid. 1. de
Pont. el. 6.

Cur ego sollicitâ poliam mea carmina curâ ?
Quod idem ferè est cum illo, quod in
eâdem elegiâ dixit:

Scilicet incipiam limâ mordacius uti,

Ut sub iudicium singula verba vocem.

Polire

Polire, etiam de agro dicebant: cum eius glebas rastro confringerent. Vnde *Politores*, qui agros mercede conducti occubant Ennius Annal. VIII.

Rastros dentifabres capfit causâ poliandi Agri. — uti legit Turneb. libr.

*Denti fabres,
i. rastri.*

29. 19.

Et *politiones* agrorum cultus diligentes. ut *Polita* dicimus omnia exculta & ad nitorem deducta; auctore Nonio. Vide & Ianum Meursium ad Catonem.

Sensu) Vel doctrinae suae, vel iudicij aut rationis obrussa, & acrimonia. De differentiâ inter *sensus* & *sensa*, contra Nonium curiosè disputat Iac. Nicolaus Loënsis Miscellan. Epiphylidum libr. 7. c. 20.

Latonæ magniq; decus Iouis) *Lato-na*, filia Cæi Titanis, ab Ioue compressa peperit Dianam & Apollinem. Vnde *Latonigena*, & *strps Latonæ* uterq; Ouidio dicitur.

Aurea proles) quippe *decus Iovis*. Ita *Aurea Venus* Dido *aurea regina* nominatur Æneid. 1 & *Venus aurea*, Æneid. 10. id est speciosissima & pulcherrima. Homerum sermonis huius auctorem faciunt: qui primus
ex

ex Aegypto VENERIS AVREÆ
nomen in Græciam intulerit. A quâ
diuina omnibus rebus venustis adiectum
fit ἑσθητόν *aureum*. Plautus etiam A-
finariâ act 3. Scena 3. *aureum ocellum* dixit,
duas res omnium carissimas coniun-
gens, *oculam & aurum*: sed alio respec-
tu.

Phœbus) dictus quasi φῶς τῆ βίῃ.
Est enim idem qui Sol. Creditus est
diuinationis & musicæ decus, atq; et-
iam medicinæ repertor. Apud Ho-
merum crebrò legitur φῶς ἑσθητόν
quod noster semel est imitatus 3. Anei-
dos. Sed auctore Scaligero Poët. libr. 3.
cap 27. tunc Phœbi epithetum est *Apollo*,
cum est *Vadens*: sicut *Pæan* cum est bonum
numen. illud à perdendo, hoc à sanan-
do.

Recanente) ita Scaligeri vett. MSS.
Quasi dicat: Iterum atq; iterum mecū
canente, Sallustius: *Cornuines occauerunt*.
C. Tacitus; *Sentius occanere cornua tubarūq;
iussit* auctore Petro Ciacconio.

Lyra) De *Lyra*, *Citharâ*, *Testudine*, *Che-
ly*, ambitiosissimè disputat Iul. Cæsar
Bulengerus de Theatro lib 2. c. 36. &
alibi. Sed Poëtæ talia confundunt

in

Lyra,
Cithara,
Testudo,
Citharis.

sed artifici tantum intellectâ. Sed de his omnibus accuratissimè, ut solet, divinus Scaliger in Sphæram Manilij barbaricam. item Yvo Villiomarus Animadvers. in Controvers. Roberti Titij lib. 1. c. 3. Quædam ad rem habet etiam Titius Adsertion. lib. 1. c. 2.

Fautor.) Charisius lib. 1. *Fauto* anti-^{Fautor.} qui dixerunt: at *Favor* nec auctoritate nec ratione dicitur. Plautus tamen in Prologo Amphitr. hanc legem Grammatici migravit. *Hæc ille.* Ego nolim adolescêtes hoc temerè imitari hodie: quibus *favor* pro *fautor* ferè in ore & stilo, sine ratione.

Educat illum.) Q. d. Non ad usum ^{Educare} sed etiam ad delicias. Nonius: *Alere* ^{et} *Alere.* est victu temporali vitam sustentare: Educare, ad satietatem perpetuam educere. Plaut. *Mænæchmis* act. 1. Scenâ 1.

— illic homo homines non alit, verùm edu-
(cat

Recreatq; —

Alma.) Eleganter subintelligitur ^{Alma.} *Urbs.* Sic Propert. lib. 1. el. 11. *nobiles Misenas* dixit, subintelligens *urbes*, quæ in tractu Neapolitano erant, *Cumas, Bajas, Puteolos*: ut notat Scaliger.

D Xan-

Xanthi,) Scil. *Urbs*. Dicit enim: Alma urbs Xanthi, fluvij Chimærae montis irrigata. *Xanthus* autem urbs & fluvius cognomines in Lyciâ, vicini famoso monti Chimærae. Arrianus utriusque meminit lib. 1. & Apollonius Argonaut. libr. 1. In Lyciâ autem Phoebus peculiariter colebatur: unde & *Lyciæ sortes*. 4. Æneidos, i, Oracula Apollinis qui in Lyciâ apud Pataram responsa edebat.

Decus,

Decus astriferum.) i. Cœlum. Nam Phoebus etiam in Cœlo: utpote qui idem sit cum Sole. Ita autem legere omnes antiquitatis excusos, & MSS. Pithoei, testatur Scaliger, nempe, *decus astriferum*. Et valdè amat Poëta noster *τὸ decus*. Nam versu XI. dixit, *Phœbus decus Iovis*: hîc *decus astriferum*. Versu XVIII. *Musæ decus fontis Pierij*. v. 64. *pieturae decus*: vers. 260. *Coniunx decus Ithaci*. vers. 261. *femineum decus*. vers. 355. *Roma decus orbis*. vers. 400. *Laurus Phœbi decus*, &c. Pervulgati nostri libri habent: *Seu nemus Asteria*. Quam germanam Poëtæ scripturam esse, pertendit

dit

dit C. Barthius: quòd *Asteria* vetus no-
 men fuerit Deli, antequam eo no-
 mine censeretur quò nunc nota est
 insula. Scholiastes Apollonij libr.
 α. Δηλῶ μία τῶν κυκλάδων, ἱερα Ἀ-
 πόλλωνος. καὶ πρὶν μὲν Δηλῶ, ὕστε-
 ρον δὲ ἀπὸ τοῦ γῆμα, Ἀστερία, πάλιν δὲ
 Ορτύγια, ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς λητῆς.
 Callimachus etiam in Delum: quem
 vide. Posset fortasse & hoc lectorem
 movere, ut *nemus* non valde fastidiret:
 quòd versibus octo continuis vocabu-
 lum *detus* tertiam vice inculcet Poëta, ferè
 præter morem suum.

Parnasia.) Isaacus Casaubonus mo- Parnasia
 net, Græcos hanc vocem variè scribe-
 re, παρνασός, παρνασός, παρνησός
 & παρνησός. Melioris tamen notæ
 codices semper fermè unico s scribe-
 re. Et nugari Græcos Grammaticos,
 qui *Parnassum* quasi *Larnassum* dici autu-
 sent: quòd in eo monte diluvij λάρ-
 ναξ, hoc est, arca constitisset. Cum
 certæ & exploratæ veritatis sit,
 Bæotix & vicinæ Phocidis pleraque

loca à Cadmo & alijs Phœnicibus aut Syris fuisse condita. E jusque rei, etiam si Plutarchus atque alij historici siluissent, appellationes tamen ipsorum manifestam fidem facere. Ab eâ igitur origine censet huic monti nomen esse. Cum פּאַרנאַס Parnas Syris sit *πέμπευ*: & פּאַרנאַסין Parnasin, Pastores, Inde Parnassus, αἰ νομαῖ: mons ubi greges suos pascebant. Ita Helicon videtur ab הַלַּח Halac: quod eò loci convenirent: Cithæron à קַתָּר Kathar rupes. Quemadmodum autem fontes Aganippe & Hippocrene poti credebantur facere Poetas: Sic vicini montes Helicon, Cithæron, & Parnassus eos qui inibi versarentur. Quæ utraq; tamen superstitione post Homerum & Hesiodum demum in animis hominum exorta est. Nam in illis antiquitatis magistris nihil horum reperias. Hesiodus tamen huic fabulæ occasionem præbuit, cum caneret, Poëtica facultate se donatum fuisse, cum oves pasceret in Helicone, quod sequens ætas accepit, quasi dixisset, ideo Poetam evasisse, quòd in Helicone esset versatus.

Helicon.
Cithæron.

Hinc

Hinc atque hinc.) Est enim
mons *biceps* sive *bifidus*. Vnde Ovi-
dius:

*Mons qui verticibus petit arduus astra duo-
bus.*

Atque elegantissimè hic noster Maro,
Hinc atq; hinc patula pr. &c. Sicut enim
inter duo cornua planicies frontis;
ita inter duos colles mons. *Parnasus*
etiam (ut & hoc addam) *Umbilicus ter-
ra* dictus est, auctore Lucretio Statij in-
terprete. Nam cum Iuppiter Mun-
di medium locum vellet cognoscere,
ab ortu ad occasum duas aquilas di-
misisse fertur: quæ volatu lassæ in Par-
nasi vertice confederunt. Vnde Sta-
tius 1. Thebaid. v. 119.

*Ita ocellus
Franconia
mea Noriber-
ga umbilicus
Germanie
nonnemini die
citur.*

— *Et medius cæli Parnasus* —

Et Lucanus lib. 5.

Hesperio tantum, quantum semotus Eoo

*Cardine Parnasus, gemino petit æthera
colle;*

Mons Phoebo Bromioq; sacer —

D 3

Patu.

Patulum :
Patens.

Patulâ fronte.) Propriè. Nam *patulum* est, quod per se & naturaliter patet; ut arbor, nares. *Patens*, quod pro arbitrio aperitur & clauditur; ut oculi, ostium. Cic. 1. de orat. *Patulis ramis diffusa platanus.*

Prætendit cornua) ita Scaliger è MSS. Pithoei. Alij, *præpandit*. Vtrumq; probum, pro diverso habitu, quem exprimant singula. Et valdè Poëtice loquitur de Parnaso, tanquam de cornuto animali, quod cornua fronte prætendit. Nam & aliàs *Cornua* & *frons* variè sic abutuntur Latini. Isidorus lib. 9. c. 3. *Cornua*, dicta extremitas exercitûs, quod intorta sit. Vnde & Varro lib. 6. de Linguâ Lat. *Cornua* à *curvare* dicta ait. Ita *cornua* etiam *amniun* dicimus: unde Virgilius *Rhenum b. cornem* appellat; quod duobus ostijs in Oceanum se exoneret.

CORNUA.

Castaliæ & resonans) Ita Scaliger è membranis Pithoei: quæ tamen ipsi hic suspectæ sunt. Vulgati omnes; *Castaliæq; sonans liq.*

Noster 3. Georg

Pat-

Parnasi iuvat ire iugis, qua nulla priorum

Castaliam molli divertitur orbita divo.

Ita *Castaliam* dixerit illum fontem, qui vulgò sit *Castalius*. Ut fons *Blandusius* Horatio lib. 3. odâ 13. dicitur *Blandusia*. Sic *Acidalius* fontem veteres *Acidaliam* dixisse, testis est *Vibidius Sequester*. Eriam *P. Gualterius* notat, undam *Castalia*, & fontem *Blandusia* eâ forma dici, quâ *Virgilius* 1. *Aeneid.* vers. 248. Fontem *Timavi* dixerit, & ibidem, vers. 251. *Verbem Pataul*, & *Cicero oppidum Antiochia*. Est autem *Castalius*, fons in radicibus *Parnasi*, *Musis* sacer: à *Virgine Castaliâ*, quæ *Apollinem* fugiens præcipitata, & in fontem versa est.

Liquido pede.) Ita *pes flaminis* legi. *Pes fluvij.* tur apud *Lucret.* lib. 5.

— inde super terras fluit agmine dulci,
Quâ via secta semel liquido pede detulit un-
das.

Horatius Epod. 16.

— montibus altis

Levis crepante limfa desiliit pede.

Noster Aeneid. IX.

D 4

cuncta.

— cunctatur & amnis,
*Rauca sonans, revocatq; pedem Tiberinus ab
 alto.*

QVARE, Pierij &c) Q. D. Cum
 ergo certum mihi sit hoc ita, uti di-
 ctum, exsequi; Vos Najades, qui fon-
 tis Pierij unicum decus & ornamen-
 tum estis, adeste, & honori Numinis
 vestri choros mihi frequentes duci-
 te. Quod extra colorem Poëticum
 est: Facite ut numinis vestri opera
 propius matureque in hoc Opere mihi
 appareat.

Laticis.) *Latex*, omnis humor est.
 Ita Noster 4. *Æn.* *latices fontis* dixit:
 item *laticem Lyæum*, i. vinum. Lucre-
 tius *laticem absinthij*, & *laticem mellis*. Ovi-
 dius *Palladios latices oleum* dixit.

*Nymphae mul-
 tigenere.*

Najades) *Nympharum* aliæ sunt mari-
 næ, aliæ fluviales, aliæ silvestres. Quæ
 in mari, *Nereides* dicuntur: quæ in flu-
 vijs & lacubus *Naiades*, & *Lemniades*.
 Silvestrium aliæ montibus præsent,
 & dicuntur *Oreades*: aliæ nemori-
 bus & silvis, quæ *Napeæ* & *Dryades*:
 aliæ singulis arboribus, quæ *Ha-
 madrya-*

madrya
 canic
 curio
 poste
 tatis
 tatis
 tyros
 se. Sed
 Pini
 xisset
 defor
 ges n
 hbi n
 rali c
 man
 biliu
 pron
 nasci
 tiam
 rum
 iusc
 in a
 mo
 faul
 mo
 de,

madryades. Est autem & hoc vetus Græcanicæ vanitatis commentum. Quod curiosa Poëtarum & pictorum natio postea aluit, & in speciem propè veritatis afformavit. Cum exploratæ veritatis sit, neq; Nymphas tales, neq; Satyros in rerum naturâ unquam extitisse. Sed cum *errans aut ludens Natura*, ut ait Plinius, hominem aliquando produxisset in lucem, cum cornibus, aut aliâ deformitate contra consuetas ipsi leges notabilem: paulatim persuasere sibi mortales rerum imperiti, & naturali quâdam inclinatione generis humani ad *τετρατολογία* ac rerum mirabilium fictionem & auditionem iuxta proni, tale quid in aquis aut montibus nasci. Accessere postea etiam illudentium dæmonum phantasmata: quorum est vnicum studium mendacia cuiuscunq; generis pro veris ingerere, & in animis hominum firmare. Quemadmodum luculenter docuit Isaacus Casaubonus.

Celebrate) & frequentes, & sine morâ facite. Nam ista vis verbi est. Unde, *imperium celebre, & imperiū celebrare*, apud

D 5

Plaut.

Plaut Milite & Pseudolo. Et celebre auctore Nonio, non solum frequens, sed etiam *velox* significat.

Deum) Quem deum? An Bacchum? an Apollinem? An unam appellatione utrumque? Nam & Plato ipsum cum Musis Apollinem Liberi patris facit *συγχος* *ρευτηρ*: propter Musicæ & Poëtices originem. Immo, ut autor est Macrobius in Saturnalibus, Apollinem & Bacchum eundem esse antiqui Græcorum Theologi docuerunt. Nam in choro Bacchi Nymphis adiectæ sunt postea etiam Musæ: quod & hæc Bacchum aluisse crederentur. Vnde in Hymnis Orphei *Musarum præses Apollo celebratur* *Μουσῶν* *πρωτοβουλος, Βάκχιος*. Ita & Naiades, hic non male etiam Musas simpliciter acceperis: quomodo in Gallo Seruius.

Et tu sancta Pales) *Palem & Apollinem* cognomento *πόμπος* coniunxit noster etiam Eclogâ 5. Rectè autem hic pastorem etiam deam inuocat: quia *Culicis* historia pastoralis est, & in agro celebrata. Cæterum quod noster hic de Naiadum choreâ tangit, & rusticos deos illis adlociat; fecit idem & Ovidius, lib. VIII. *Metamorph. Fab. VIII.*

Nai-

*Naiades hæ fuerant: quæ cum bis quinq; iuven-
cos*

*Insula quin-
que Echinades*

*Maclassent, ruriq; deos ad sacra ve-
cissent;*

sc. Achelois.

*synemores nostri festas duxere choræas,
Et.*

Calpurnius:

Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades udo.

Ad quam ventura recurrit &c) Ait,
ad Palem pertinere agrestum bonam
fortem, hoc est, ut Scaliger explicat, co-
piam lactis: cum sit *ἰομια* & pastoralis
dea. Quem prouentum lactis *securum*
ab omni cura, dixit: quod sine culturâ ac
molestiâ illud percipiant pastores Cum
conrà agricolæ maximis sudoribus
terram subigant, ut ex eâ percipiant
fructus. Aut si hoc laxiùs capias de o-
mni agrorum prouentu, *Ventura* *lora ru-*
sticorum erit, quæ adhuc in votis est,
terræ scilicet *credita*.

Nam

Spes alit agricolæ. —

Sic Corn. Seuerus in Aetnâ:

Quam

Quam domitis nemo Cerecem iactaret in arvis,
 VENTVRIS quæ malas prohiberet frugibus
 herbas.

Atq; ita agricolas hîc curæ securos fecerit, ut infra pastores.

Curæ secûra.) quomodo Græcis
 γυμνασίων ἀγύμναστος; ἱερῶν ἀνιέραιστος.
 Staliger.

Tenes quæ Herbis saltûs.) Nam pas-
 bulo præsidet, & rei pecuariæ. Vnde
 3 Georg. ubi Poëta de utroq; scripturus
 est, Pales in primis invocatur cum Apol-
 line Nomio:

Te quoq;, magna Pales, & te memorande cane-
 mus.

Pastor ab Amphryso. —

Saltûs.) Saltum Gallus Ælius, libro
 secundo Significationum ita definit,
 auctore Festo: SALTUS est, ubi silvæ, &
 pastores sunt: quarum causa casæ quoq;. Var-
 ro lib. 4 de Linguâ Latinâ ita: Quos a-
 gros non colebant propter silvas, aut id genus,
 ubi pecus possit pasci, & possidebant: ab usu
 suo Saltûs nominantur. Hæc etiam Græci
 τὰ ἄλσεια καὶ νομάς, nostri Nemora. No-
 ster certè hîc utrumq; coniunxit, dum
 ait, — salius nemotum.

Saltus.

Iam

Iam qui ditissimi erant, suo pecori saltus hibernos & æstiuos habebant. Hinc 3. Georg. *æstiva Lycei*, pro pascuis, in quibus pecus æstivat: ut Turnebus exponit, lib. 12. c. 14. Aduersariorum.

Te Cultrice) Quid *cultrix* sit, iam ipse explicauit, quando dixit,

————— *iones quæ*

Herbiferes saltus &c,

Ergo *Cultrix*, hic est habitatrix, teste Scalligero. Et est Hellenismus: Tu sancta Pales, te *cultrice*. Ita legitur: Me consule prohibui: & talia, in primis apud Agellium. Possit & *Cultrix* accipi quasi, *Excultrix*, ornatrix saltuum nemorumq;.

Saltus feror inter & astra) Quid est? *ferror inter saltus & astra*. Interpretes mirabilia commentati sunt. Pompon. Lætus, Poëtam *astra* dixisse, ait, propter Phœbum, i. Solem. Sed quid est? *Cultrice Pale ferror inter Solem*. Ascensius etiam mirabilius ita: Ego feror inter saltus & astra, i. verfor in mediocri re, ut in mediâ regione aëris, existens inter cœlum & terram. Ego hanc sententiam esse suspicor. O Pales, tuo auspicio argumentum hoc ita pertractabo, ut in his siluis & Culice pastoritio immortalem nominis famam mihi inueniam; & posteris.

steritas, vel ob hoc carmen, quod alibi dicit,

— — — *Cælo me laudibus æquet.*

Vel simpliciter hoc senserit: O dea, te cultrice, duce & magistrâ, non verebor vagari inter vastissimos saltûs, & qui vel

*Saltûs Pireo-
nei:
Saltûs cer-
vorum.*

Rupis in abrupta scopulis (ut Poëta loquitur) cælum usque minantur. Nam & *Saltûs* ita sunt alicubi. Vnde apud Suetonium in Cæsare cap. 25. legimus *saltûs Pireneos*: & intelligimus montes Pireneos. apud Liviûm lib. 36. *saltum Graium*, i. alpes Graias, & loca prærupta. Ita Plinius lib. 8. cap. 32. *saltum cervorum* dicit, eorum lustrum intelligens & cubile quod in editis habere solent. Sed, ut ingenuè dicam, neutrum horûm valdè placet: nec tamen quid aliud dicam, inuenio. Ita & ego

— — — *Vagus saltûs feror inter & astra.*

Cui meritis oritur fiducia castris.)
i. Tu, ô Octavi, qui *belli clues*: ut Scaliger præscâ loquendi forma hoc exponit. Eâ autem formâ usus est & Plautus Am- phitruone act. 2. Scenâ 2.

— — — *id modo si mercedis*

DAVIS

P. V
mibi, n
i. in mili
hominum
bello. Salt
modicus. I
Terentio,
Plauti Cap
balo meritis
solemnes i
ret, i. mili
sub imperator
apud Suet
Item; Em
quæ tale
Castr
sensu: A
dibus cre
Allat
Q. d. Ta
celo: ut
4. in me
Tri
nij Con
Hinc Sc

Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat.

i. in militia fortis & victor sermone hominum celebretur. Nam, *belli*, est, in *Domini belli-*
bello. Sallustius: *Animus belli ingens, domi* *què.*
modicus. Ita *domi* & *belli*, idem est, quod
 Terentio, *domi militi aq;*: De quo vide ad
 Plauti Captiu. act. 1: 1. Cæterum voca-
 bulo *meritis castris* forte an respexerit ad *Merere stia*
 solemnes illas in re tali locutiones: *Me* *pendia.*
tere, i. militare. ut apud Liuium: *triennio*
sub imperatore meruit. Et *merere stipendia*: ut
 apud Suetonium: *prima stipendia meruit.*
 Item; *Emerita stipendia*: *emeriti milites*, & si
 quæ tales.

Castris.) Alij legunt, *chartis*; hoc
 sensu: At tu, ô Octavi, cui meritis lau-
 dibus crescit nobis fiducia scribendi.

Allabere.) *Aeneid. XI.*

Labere, Nympha, polo.

Q. d. Tanquam Deus aliquis, *descende*
cælo: ut *Calliopen* Horatius, libr. 3. oda
4. in melos suum hortatur.

Triste Iouis Pœniq; c.) MS. Anto-
 nij Contij IC. habebat,

—— *Triste Iovis, ponitq;* *canit non*

Hinc Scaliger fecit:

Triste

Triste Iovis Pœniq; canit n.

Verum, cum sermo omnis de bello Gigantéo fit, & in eo cuncta gens deorum afflicta scribatur; male *Pœnum* minorum gentium hostem misceri Barthius censet. itaque emendat,

Triste Iovis Otiq; canit.

Cuius Oti infra etiam meminit versu 234. Et valde placet ingeniosissimi hominis coniectura. Possis tamen, si quid mutandum, paullo propius ad scripturam *Pœni*, fortassis legere etiam *Rhæci*, siue *Rhæsi*, cuius gigantis meminit noster 2. Georg. & Horatius lib 2. odâ 19. aut etiam *Cæi*, cuius itidem noster meminit 1 Georgicorum; manente eodem sensu, & numeris etiam firmioribus: Quanquam & sic illos cæsurae vinculum continet. Tamen Collega meus, Adamus T. Siberus opinatur, τὸ *Pœni* nomē hîc gigantis esse, Scaligero quàm nobis notioris. Ergò *triste Iovis bellum*, est illud Giganteum: cuius, præter cæteros, meminit Homerus Odyss λ. Horatius lib. 3. odâ 4. Noster 1. Georgicōw. Ovidius 5. Fastorum, & 1. Metamorph. Sect. 6. Omnium elegantissimè descripsit Cl. Claudianus.

Phleg

Phlegra Gig) Phlegra conjungatur
cum illis,

Triste Iovis ———

Nam in campis (ut quidam volunt)
Thessaliæ ad urbem Phlegram, quæ postea
Pallene dicta est, Gigantes cum dijs
confluxerunt. Phlegra autem tellus, pro
Phlegrea: quod Scaliger in Cirin annotat:
ut apud Horatium 4 odar. 4. *Metavum*
flumen; apud Agellium terra Gallia,
terra Umbria, terra Grævia. Vide & Notas
supra v. 4.

Sparsa est quo sanguine tellus.) Nam
postquam Gigantes fulmine Iovis, &
Deorum telis prostrati sunt.

*Perfusam multo natorum sanguine terram
Immadvisse ferunt, calidumq; animasse cruorem.
Et, ne nulla suæ stirpis monumenta manerent,
In faciem vertisse hominum. Sed & illa propago
Contemptrix superum, seveq; avidissima cædis,
Et violenta fuit. scires è sanguine natam.*

ut scripsit Ovidius. Itemque Seneca in
Hercule Furente, act. 2.

——— *post Phlegram impio*

sparfam cruore, postq; defensas deos.

Nec Centauros Lapithas, &c.) Pugnam,
aut Ianiam potius, olim inter Lapithas
& semihomines Centauros, in nuptijs
Pirithoi excitatam miris modis miri-

E

ficè

ficè descripsit Naso XII. Metamorph sect. V.

Compellit in enses.) Pro Lapithas in Centaurotum enses compulsos canit. ut in sequenti versu, *Oriens non urit Erichthonias arces*, pro, *Hæc pagina, sive liber, sive carmen, non canit; Orientem urere arces Erichthonias. Talia sunt: illa Bucolico I X. in Mœri:*

Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis

Spargeret? aut viridi fontes induceret umbrâ?

Pro, quis caneret humum florentibus herbis sparsam? aut quis caneret fontes inductos viridi umbrâ? Eclogâ VI.

Tum Phaetontidas musco circumdat amaro,
Id est, circumdatas narrat. Ita Horatius i. Sat. 10. De Cornelio Alpino Memnonis fabulam scribente:

*Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, dumq;
Depingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo.*

Id est, dum Memnona fingit jugulatū. Martialis lib. 4. epigr 14. ad Sillium:

— qui
Fastus Hannibalis levesq; Pœnos

Magnis cedere cogis Africanis.

Id est, canis, & propè depingis, quem-
admo-

admo
Poët
Poët
runt
idem
ipfas
ta im
eas ip
qua
cis di
ram re
differ
span
V
mer
thor
ses i
mili
Oriens
Erich
theo
lo p
Q
Dici
Xer
urbe
Call
Pam

admodum cedere coacti sint. Merè enim Poeticam metonymiam, quae dicuntur Poëte *scilicet* id, quod *canunt factum*, inveniunt nomē apud Græcos. *ποιητής* enim idem est, ac Latine *factor*, id est, qui res ipsas facit & architectatur. Quod Poëta imitandis rebus tantum polleat, ut eas ipsas ante oculos ponere videatur, quæ virtus *ἔπειρα* vel *ἐπιείρα* Græcis dicitur, quasi dicas *Operationem ipsam rerum*. Quemadmodum copiosius differuit Laur. Ramirez de Prado Hispanus.

Vrit Erichthon. Oriens n.) Non memoratur Oriens urere arces Erichthonias. Xerxes autem Darij F. qui Persis imperabat, totius prope Orientis militem contra Græcos secum trahebat. Oriens igitur hic est, populi ex oriente. Et *Erichthoniae arces* sunt Athenæ, ab Erichtheo rege sic dictæ. Nollet in divino illo poemate Ciri,

— p p l o ,

Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

Dicitur autem; *Vritur ignibus arces* Quia Xerxes, quum Athenas venisset, incendit urbem civibus desertam: sub principe Calliâ: ut tradit Ctesias & Eusebius Pamphilus in *Ihesauro temporum*. Xerxes

E 2

autem

Xerxes est autem, qui hæc patravit, in sacris literis
Ahasverus, Ahasverus appellatur, & maritus habetur
 & **maritus Esteris**, iudicio Scaligeri in primis lib. 6.
Esteris. de Emendat. temp. & commentario in
 Euseb. item I. Drusij, Fr. Iunij, & alio-
 rum. Illudq; opiparum cōvivium, quo
 suos proceres post receptam Ægyptum,
 centum & octuaginta diebus excipit,
 initio libri Esteræ, fuit apparatus expe-
 ditionis hujus in Græciam. Oratio-
 nem Xerxis in consilio Principum
 super hâc re habitam vide mihi apud
 Herodotum in Polymniâ.

pag. 438.
 Edit. Steph.
 Græco lat.

Non perfossus Athos) De eâdem Xerxis in-
 sanâ molitione Iuvenalis Satira X.

————— *creditur olim*
Velificatus Athos constratum & classibus iisdem
Suppositumq; rotis solidum mare ———

Athon enim mirandę altitudinis mon-
 tem inter Macedoniam & Thraciam,
 demolitus est, & classi pervium fecit.

Nec magno vincula ponto iacta.)
 De eodem idem Satiricus: ipsum compe-
 pedibus qui vinxerat Ennosigæum. † Ita Hez-
 rodotus lib VII. Traiectum ex Abydo ad ul-
 teriorem ripam septem stadiorum pontibus iun-
 ctum ingens tempestas dirupit. Quod cum audisset
 Xerxes,

†. Neptu-
 num.

Xerxes
 verber
 dem
 rum
 Ta
 Co
 Eu
 Inc
 Ne
 3
 I
 me
 P
 pon
 dem
 H
 V
 Na
 me
 id e
 ves
 dot
 lo 4

Xerxes, indignè ferens, iussit trecenta Hellesponto
verbera infligi. & in eius pelagus par compedum
demitti, &c. Vide præter alios & Diodo-
rum Siculum.

Lucanus lib. 2. sub finem :

Tales fama canit tumidum super æquora Xer-
xem

Construxisse vias : multam & quum pontibus
ausus.

Europamq; Asia, Sestonq; admovit Abydo,

Incessuq; fretum rapidi super Hellesponti,

Non eurum Zephyrumq; timens : * quum ve-
la ratesq;

In medium deferret Arbon

Iam sera.) Postquã scilicet hoc argu-
mentũ à plurimis jam pertractatũ est.

Pedibus pullatus equorum.) Cum
pontem super eum extruxit. De eo-
dem Sidonius :

_____ turmaq; frequentes

Hellespontiaco persultavere profundo.

Venientes undiq;.) Terrã marique.

Nam constat terrestrium copiarum nu-
merum fuisse septuaginta myriades,
id est, decies septies centena millia : na-
ves verò plusquam mille, autore Hero-
doto & Ctesia in Persicis, pag. mihi, il-
lo 462, hoc, 666.

+ μέγας

Φρονῶν :

in super ha-

bito Epichar-

mi monitũs

Ἰνατῆ

χρῆ Ἰνα-

τῶν : ἔτι

ἀθάνατος

τῶν Ἰνα-

τῶν Φρο-

νῶν.

+ Ventos si-

bi adversos.

Xerxis ex-

ercitus.

Percurrere carmina.) Metaphora & texturâ: uti supra v. 2.

— *annem formavimus orsum.*
Ita I. Georg. — *Arguto percurrens pectine tela;*
ισὸν ἐπιχορῶσιν. In vulgatis legitur:

M. illa sed tenui pede currere carmina versa
viribus.

Quam lectionem C. Barthius planissimam fieri ait, unâ distinctiuncula:

M. illa sed tenui pede currere carmina. versa
viribus apta sur, Ph.

Quod si *Currere* ἐνεργητικῶς etiam usurpatum acceperis, ut vidi qui vellet; utitur sic & noster 3. Aeneid — *trabe curruntis equos.* Cæterum & *carmen* in lanificio dominatur, quod instrumentum est ad carendum lanam, ein *Hächel/ Grempe&arten* Lucret. lib. 4.

— *quasi carmine lana trahatur.*

Trakta neu-
stro gon.
Trakta, a,
καταγμα
τα ιστι,
ἰλκωσμα
τα. mei
vonsefen-
ses vocent
Ein wickala
Puer, quisi

Vide apud Comicum nostrum, *Lanam carere, Wollen grämpeln.* Unde & *carduus*, quo in re tali pannifices, opinor, utuntur. Est & verbum *carminare* (*Hächeln*) Plinius: *Lana carminata n. erigit.* Græci *κείρω*, quod est ἀ κῆρ.

Et tibi, sancte puer, memorabitur:)
Ita habetur in schedis Pithæi. *Sancte puer,*
quasi deorum progenies. Quomodo &
heroes

hero
puer e
doc
tulli
Ita
sue
ut vo
fieri
& 5
Ita
in a
con
sive
tur
infa
tell
cen
arn
Re
la
di
di
ba
ce
re
er

heroes & Vates τῶν θεῶν dicuntur: Puer enim non ad ætatem refertur: ut docet Scaliger. Quomodo in illo Catulli carm. XII.

— Est enim iocorum

Disertus puer ac facietiarum.

Ita 6. Æneid. Ne, Pueri, ne tanta animis ad-
suescite bella: de Pompejo & Cæsare. adeo
ut vox, Puer, amoris & blanditiæ etiam
fuerit. quod olim diximus ad Eclog. 3.
& 5. nostri.

Ita 9. Æneid. Nisus & Euryalus, fortissimū
in acie milites, pueri dicuntur. Ita Hylas
comes Herculis, 3. Georg. ita Osiris,
sive sit Triptolemus, inventor aratri, dici-
tur puer, 1. Georg. Parrus vero puer, dicitur
infans, Ecl. 4. Ita & in sacris literis sa-
tellites Davidis vocantur Pueri. ita tre-
centi & octodecim vernæ, quos Abram
armavit, Genes. 14, vocantur pueri. Ita
Regum Macedonū ministros appel-
lari Regis pueros, auctor est Livius & Icti.

Puer autem parū commodè quasi purus
dicitur: cū ab eodē παῖς, id est, sordi-
dus ducatur. Antiquitus τῶν πορ dice-
batur: unde puer factum: quòd Laconi-
cè & plerisq; Doriensibus περ τῶν dice-
retur. Hinc Marcipor, Quintipor. .i. Marci pu-
er, & minister. Varro: Quintiporis Clodiani sog-

Puer, por.

ria ac poemata gargaridians dicas: O Fortuna, O
Fors Fortuna! Videatur & Ios. Scaliger in
Conject.

Libatio in-
mensas.

Tibi autem memorabitur, autore Scalige-
ro, hic est; Tibi memorabuntur absenti
illa, quæ solent dici inter pocula: nem-
pe ea, quæ sequuntur. Et, Tibi cerret &c. Id
est, Tibi, tanquam Deo alicui in convi-
viis libabunt, tuoq; honori bibent ho-
mines; cum hac & istâ acclamatione.
Hujus acclamationis meminit & Na-
so, 2. Pastor.

Et, Bene te; Bene me; patriæ pater optime Caesar.

Itemq; & Tibullus lib. 2. 1.

Sed Bene Mess. Nam, sua quæq; ad pocula dicat:

Nomen & absenti singula verba sonent,

Plautus in Persâ, act. 5. scenâ 1.

Bene mihi, bene vobis, bene amici meæ.

Idem Stichus, act. 5. sc. 4.

Bene vos, bene nos, bene te, bene me; bene nostram
etiam Stephanium.

Nostris in-
mensas fuerit
Nuff eines
gesundheits
crachten.

Ita autem concise loquebantur; pro Be-
ne vos vivere precor; bene valere &c. Dice-
bant etiam, BENE VIXIS: & Græci,
ἰσχυραῖς. Non enim diis tantum libabant,
eorumq; honori bibebant inter mensas,
maxime secundas; sed & Principibus;
immo postea etiam Beneficis & Amicis.
Idq; vocabant, Græco more bibere; ut docet
Asco-

Asconius 3 Verrinâ. Quin & illud u-
surpabant, ut in honorem amici aut a-
micæ tot cyathos biberent, quod litte-
ræ in eo nomine essent. Martial. libr. 1.
epigram. 72.

*NÆVIA sex Cyathis, septem IUSTINA
bibatur.*

*Quinq; LYCAS, LYDE quatuor,
IDA tribus.*

Vide Lipsium lib. 3. Antiq. Lect. & lib. 5.
Poliorecticō Dialog. X item, quæ nos
diximus ad Plauti Persam.

Gloria perpetuum lucens) ita MSS.
& vett. editiones Scaligeri.

Et; Tibi sede piâ maneat locus)
nempe in cælo. Ita 1. Georg. cum eun-
dem Augustum in cælo inter dodecate-
moria Virginis & Scorpij collocatum
iret, ait: — Tibi iam brachia contrahit, ar-
dens Scorpis, & celi iustâ plus parte relinquit.
De quâ re ibidem copiosius.

Et, Tibi sospes debita fal.) sospes
vita tibi & meritis virtutiq; tuæ sic
debita &c. Vitam sospitem cum o-
mni honorum copiâ precatur: quæ
plenissima felicitas. Quod Græci uno
verbo eleganter *πλεθυγία* dicunt:
quod Scaliger obseruat.

*Apud Aristophanis
Interpret. in
Equit.*

E 5

Grata

Grata bonis lucens) Græcis Poëtis
 esset ἀγαθοῖς φλέγδσα, quod Æschylum
 dixisse itidem Scaliger monuit. Pro
 clausulâ Exordij huius addam ex plus-
 culis pro salute Principum precationi-
 bus, unam illam pro Claudio, quæ ex-
 stat apud Senecam l. 1. Consol. ad Polyb.
 in hæc verba: **DI ILLVM DEÆ-
 QVE OMNES TERRIS DIV
 COMMENDENT. ACTA
 HIC DIVI AVGVSTI Æ-
 QVET, ANNOS VINCAT.
 QVAM DIV INTER MOR-
 TALES ERIT, NIHIL EX
 DOMO SVA MORTALE ES-
 SE SENTIAT. RECTOREM
 ROMANO IMPERIO FI-
 LIVM LONGA FIDE AP-
 PROBET, ET ANTE IL-
 LVM CONSORTEM PATRIS
 QVAM SVCCESOREM AC-
 CIPIAT: SERA ET NEPOTI-
 BV S DEMVM NOSTRIS
 DIES NOTA SIT, QVA IL-
 LVM GEN SVA CAELO
 ASSERAT. ABSTINE AB
 HOC MANVS TVAS FOR-
 TVNA, NEC IN ISTO PO-
 TEN-**

TE
 EA
 OS
 IL
 IA
 FE
 QV
 RO
 CV
 AC
 HO
 TO
 DE
 OF
 C
 Aug
 cin
 eius
 Ag
 bet
 QV
 PI
 S
 R
 R
 ay
 46

TENTIAM TVAM, NISI
 EA PARTE, QVA PRODES,
 OSTENDERIS. PATERE
 ILLVM GENERI HVMANO
 IAM DIVÆGRO ET AF-
 FECTO MEDERI: PATERE
 QVID QVID PRIORIS EV-
 ROR CONCVSSIT, IN LO-
 CVM SVVM RESTITVERE
 AC REPONERE SYDVS
 HOC, QVOD PRÆCIPITA-
 TO IN PROFVNDVM AC
 DEMERSO IN TENEBRAS
 ORBI RE FVLSIT, PER LV-
 CEAT. Extat utique & elegans
 Augusti pro seiplo precatio, postquam
 climactericum annum evasit, quam ex
 eius ad Caium nepotem suum epistolæ
 Agellius lib. 15 c. 7. descripsit. Ea ita ha-
 bet: DEOS ORO, VT MIHI
 QVANTVM CVM QVE SV-
 PEREST TEMPORIS, ID
 SALVIS NOBIS TRADVCE-
 RE LICEAT, IN STATV
 REIPVB. FELICISSIMO

ἀνδραγαθῶντων ὑμῶν καὶ ἀσθενα-
 μένων.

Ignent

Igneus Oeteas) NARRATIO:
 & in ipso hoc aditu Orientis diei lucu-
 lenta descriptio: quo tempore ait Pa-
 storem pecus suum pabulatum foras e-
 gisse. Vbi & pascentium capellarum
 lasciviam & petulantiam ambitiose
 persequitur. Benè autem Oeteas arces:
 Nam, ut in Prolegomenis iam dixi-
 mus, negotium Cuhicis agitur in Thef-
 saliâ Græciæ: ab Oetâ autem oriens in
 Græciâ est. Est enim Oeta mons in fi-
 nibus Thessaliæ morte & rogo Hercu-
 lis nobilitatus, Vnde & Oetaus dicitur,
 Seneca Medea, v. 639.

Vivus ardenti recubans in Oetâ.

Præbuit sevis sua membra flammis &c.

Idem in Hercule Oetæo, ver. 859.

Hercules moribundus;

Deme ferrum, quicquid in mortem trahit.

Telum est abunde, rupe ab æthereâ ferat.

Hæc, hæc renatum prima quæ poscit diem,

Oetæ eligatur. Cordus hinc mitti placet.

Idem in Hercule furente, v. 131.

Iam æruleis evectus equis

Ti an, summum prospicit Oetam.

Noster Eclogâ 8.

————— ubi deserit Hesperus Oetam.

Can.

Candida limina quatiebat) verticem montis Oetę, & superum horizon-tem candore luminis inficiebat, & quasi *convestiebat*, ut Cicero è vet. Poëta loquitur. aut impetu currûs sui quasi pulsabat limen diei, quæ vis est verbi *quatiebat*.

Aurato curru) Curiositas veterum Poëtarum Phœbo & Sorori Dianæ, id est, Soli ac Lunæ, ut *siderum cæliqué rectoribus* (ita Plinius appellat) suos vectores dabant: & Soli quidem quadrigas; Lunæ bigas. Manilius lib. V.

Quadrijugis it Phœbus equis, & Delia bigis, Vectores So-
Et Lunæ quidem aut Equos; Ouid. 4. *lis.*
Fastor. *Lunæ:*

Vt solet, in niveis LVNA vehatur Equis;
Statius: ————— *Sed vesper opacos*

Lunares iam ducit Equos —

Vt & ipsi Nocti, cuius bigam idem I. Theb. vocat *Roriferam*.

Tibullus: — *Nox iungit equos, currumq;* *Noctis:*
sequuntur

Marris lascivo sidera fulva choro.

Nofter infra, v. 200.

Iam QVATIT & BIIVGES oriens Ere-
bo cit equos Nox.

Aut *iuvenas*: Ausonius, Epist. 4.

1615

*Iam succedentes quatuebat Luna
IUVENCAS.*

Aut denique *mulos*: unde Catullus in
carmine *seculari*, ad Dianam:

*Tu potens trivra, & notho es
Dicta lumine Luna.*

Ait, *notho lumine eam lucere*; quia lucet a-
lieno. Sicut igitur mulus non suo
genere, sed equis generatur: sic Luna
non suo, sed solis fulgore splendet.

SOLI autem *itidem currum*, sed
quadrigas dabant. Accius, Poeta ve-
tus:

*SOL qui micantem candido CVRRV atque
Equis*

Flammam citatis fervido ardore explicas.

Horatius Epodon XIX.

*Alme Sol, CVRRV nitido diem qui
Promis & celas aliisq; & idem
Nasceris —*

Quidius in aurigatione illa Phaethon-
tis Equos etiam nomine citat, lib. 2. Me-
tamorph. sect. 2.

*Interea volucre Pyrcæis, Eous & Aethon
SOLIS EQVI quartuq; Phlegon, hinciti-
bus auræ*

Flammiferis implem &c. —

Crini-

meta
pter
rem:
cida
cat,
A
frequ
dianu

Quic

Por
lati
&tri
pini
iudi
gili
sun

Crinibus.) Auroræ Crines tribuit metaphoricè, ut alibi etiam Soli: propter radiorum illum, ut sic dicam, fluorem: quos radios Lucretius etiam *lucida tela diæ*; & Prudentius *specula* vocat.

Aurora crinibus roseis) Ita Græcis frequentatur *ῥοσὸδ' ἀκτυλῶ ἠώς*. Claudianus.

*Quin etiam velox AVRORE nuntius
Æthon,*

*Qui fregit hinnitu stellas, ROSEQ; dema-
tur*

Lucifero ———

Ovidius 2. Metamorphos.

*————— Vigil nitido patefecit ab ortu
PVRPVREAS Aurora fores, & plena RO-
SARVM*

*Atria. DIFFVGIUNT Stella: quarum
agmina cogit*

Lucifer, & cæli statione novissimus exit.

Porro cum Principum Poëtarum collatio iudicium mirificè formet, & do- *Statij lauso*
ctrinam augeat, placet locum Statij Pa-
pinij, quo nullus veterum aut recentium,
iudice Scaligero patre, propius ad Vir-
gilianam maiestatem accedere valuit,
cum hoc nostri conferre. Is igitur
lib.

lib 2. Thebaidos à versu 134. tempus orientis diei tali colore pingit.

Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto
Expulerat caelo gelidas AVRORA tenē-
bras,

Rorantes excussa comas, multumq; se-
quenti

Sole rubens. illi ROSEVS per nabilia
feras

Advertit flammās, alienumque aethera
tardo

Lucifer exit equo, donec pater igneus or-
bem

Impleat, atque ipsi radios veter esse so-
lori.

AURORE
εὐρωπῆ.

Aurora) Tota Græca vox est *Auro-
ra*, ut docet I. Cæsi. Scaliger Exercitat.
LXXVIII. cuius postrema pars adhuc
in usu est Græcis ipsis, ἑσπέρα: prior au-
tem nobis tantum, *Aurum*: Illis non ni-
si in composito *ἑσπεραυρός*. Idem de
Causis. L. lat. cap. XCI. Metallo (*auro*) &
præviæ diei parti fulgoris nomen indi-
tum est, Græca voce *ἑσπέρα*. Prisca enim
est: quod testatur *ἑσπεραυρός*, scilicet *sequens
mane*: quod & Germani imitati sunt
(*Morgenroth*) & Hispani & Itali.

Pabula

Pabula læta) Ita lætas segetes Cicero dixit, & noster 1. Georg. item lætas fruges, *Lætas*, lætissima farra, læta sata: quæ ibid. v. 371, pinguis culta appellat. Vnde & lætamen *Lætamen* finum bovis exponit Servius, quod agros lætos, id est, pingues atque uberes efficiat. idem 3. Æneid. læta armenta interpretatur pinguis: quòd in animalibus, in quibus sensus cognosci non possit, lætitiæ habitudo corporis & εὐσχαρῆα ostendat; non Mens, ut in hominibus. Vnde Plinius: Glans fagea sues hilares facit. Ita hic pabula læta nostris sunt, gute fette Waid. Vox autem Lætus λαῖτος Hesychio est ἀνέγαστος, incolumis, ineger. & nonnullis derivatur ab Hebræo לָהַי id est, lætus fuit, exultavit.

Excelsi montis iuga summa.) Quæ scilicet

Mons erat audaci subductus in aëra dorso, ut Statius loquitur Theb. 3. Vel, ut Lucanus lib. 2.

— nullo quæ vertice clivus

Altiùs intumuit, propiusq; accessit olympo.

Petivit.) Nempe montivagus pecoris custos, ut Statius loquitur.

Lucida gramina.) Ita MSS. Contij habet. Lucida propter rorem: qui exinde

F

&

& vitreus dicitur. Ovid. libr. 1. Amor
Eleg. 6.

————— vitreog, madentia rore

Ros filius
Lunæ.

Tempora noctis eunt —————

Vnde & Luna à veterere Poëta dicitur
Roriflua. Et Alcman, teste Macrobio lib.
7. c. 15 Rorem, filium Lunæ & Aeris dixit.
Alij leg. *Lurida*. Sed puto colorem hic
non attendi; sed potius humorem:
Nam ROS in tenerâ pecori gratissimus herba est:
ut Noster ait Ecloga 8. *Fr. d. Lindenbruch*
malebat, *Plurima q. nec male*. Exprimit
n. ubertatem pabuli; quam & verbum
velaba innuit.

Quâ gramina velabant flores.) Vult
intelligi, graminis illius aut herbæ pa-
bulum hinc inde floribus quasi stellulis
distinctum fuisse, aut quasi condimento
quodam fallitum.

Dumisq;.) Ita Melibœus capellas su-
as in *dumosa rupe*, tanquam in Paradiso,
collocat, Ecloga 1.

Vagæ.) Capellæ errando pascentes:
& quæ Horatio lib. 1. Oda 17. *deviæ* sunt.
infra v. 51. Aliàs Capellæ Poëtis & o-
mniscarpæ sunt, & *cornipedes*, & *barbigeræ* pe-
cudes &c.

Vallibus abdunt corpora.) Elegan-
ter, *abdunt corpora vallibus*. Tum, quòd ipsæ
val-

Vall
pell
occ
S
tor
Ed
mus
scr
crea
scrup
qu
Eu
Te
lū
i
P
ed
ur
rup
pe
ro
m
N
I
Sec
ba
Et

Valles q: depressæ latent; tùm, quòd capellæ inibi se in fruticeta induunt & occultant.

Scrupea.) Festus, aut potius Festi epitomator Paulus: *Scrupi dicuntur aspera saxa, & difficilia atrecharu. Unde & scrupulosã rem dicimus, quæ aliquid habet asperi.* Vel, ut Servius: *Scrupus est lapillus, qui pressus brevis, sollicitudinem creat: hinc scrupea spelunca.* Æneid. 6. Unde *scrupulus sollicitudo est, & quasi quiddã, quod animũ cõpungit, metaphoricè: ut Eugraphius, vetus Interpres, notat ad Ter. in Andria act. 5. Scena 4. inieci scrupulũ homini.* Vbi Donatus *Metaphora à scrupulo, à lapillo, qui nos in calceo latens plerumq; lædit.*

Perrepit ad cava rupis.) Scalig è Vett. edit. & membrana Contii concinnat:

Scrupea desertas hærebant ad cava rupes.

ut ordo sit: *Hærebant ad cava scrupea. desertas rupes.* Quia capræ & capræ hæerere ac pendere videntur rupibus. Ita in Tityro Pastor exulatum abiens suas extremum alloquitur capellas:

Non ego vos posthac v. rudi proiectus in antro

Dum a sã PENDERE pro ul de RUPPE videbo.

Sed idẽ tamen Scaliger alibi magis probat, quã nos repræsentavimus lectionẽ:

Scrupea desertæ perr. punt ad cava rupis.

Et ait, Caprarum esse REPERE. Teneamus

F a mus

mus ergo hanc lectionem: vel ideo etiam, quò planior sic est oratio, *reperere ad scrupea cava, quàm hærere.* Deinde, quòd & Lucretium videam *Reperere* de ovibus pascentibus, dixisse, lib. 2. ut statim audiemus. Deniq; cum undique omnia, tam præcedentia, quam longo tractu sequentia, faciat præsentia, & (ut Grammatici loquuntur) tempore instanti fieri, jucundo sanè spectaculo: Cur unam hanc reptatus voluptatem oculis nostris subducatur, & factam potius quàm fieri nuntiet? Sic ait Lucretius:

*Nam sæpe in colli tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes, quò quamq; vocantes
Invitant herbæ gemmantes rore recenti.*

(Scrupea cava desertæ rupis.) Nempe, ut Statius loquitur, lib. 10.

*Quà salum, subterq; cavis grave rupibus antrū
It vacuum in montem: nebulosa cubilia noctis.*

Hujusmodi autem — *topho* (τῶψω) *laqueatum ac pumice vivo,*

eleganter & suo more pingit Ovidius 8. Met. 8.

*Pumice multivoco, nec levibus atria topis
Structa subit; molli tellus erat humida musco:
Summa lacunabant alterno marice conchæ &c.*

Item in Epistola Saphûs ad Phaonem;
Antra vident oculi scabro pendentia topo.

Quis

Reperere

Qu
cat
est
Ca
Ca
vt
It
li
It
m
ft
S
fa
I
li
lu
c

Quibus omnibus *Cava* ejusmodi fornicata sive arcuata pinguntur.

Cava.) *Cavum*, hoc loco substantivum *Cavum* est, ut Grammatici loquuntur. Nam *Cavus* dicitur locus quivis cavatus. Ita *Cavus*, *Cavus arcus* legitur apud Horatium, de vulpecula, quæ

*Repserat in cumeram frumenti: pastaq; rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra.*

Lib. 1. Epist. 7.

*Macra CAVVM reperes ARCTVM, quem
macra subisti.*

Ita apud eundem legitur & *Cavus tuus*, lib. 2. Satirâ 6.

————— *me silva, CAVV Sq;*

TVTVS, ab insidijs tenui solabitur ervo.

Ita Terentianus doctissimus & suavissimus Grammaticus, ut quidem Ios. Iulius Scaliger virum laudat: Terentianus
Ios.

Tanti per spacium CAVI.

Sic & Varro jubet pullis *CAVOS* laxiores facere &c. *Cavus laxior*, Ein grösser loch.

Ita *cavum ædium*, apud Varronem, & coactis dictionibus *Cavedium*, apud Plin. Juniolem, ἡ μέσσυλον.

Tondentur gramina morfu.) Ita *Eucret*. lib. 2. Tondere.

Nam saepe in colli *TONDENTES* pabula læta

Lanigeræ reptant pecudes —

F 3

Ita

Ita noster 2. Georgi κὺρῶ

Tondentur *κὺρῶ* —

Idemq; 1. Georg.

— *nivei tondent dumeta iuveni.*

Item Aeneidos 3.

— *equos in gramine vidit*

Tondentes *campum late* —

Glossarius:

Suila, vel

scilix,

σμίλα,

ἄρβιλιον,

Sicilianum,

ἔρπον σκυ-

τέθ. Vi-

de Scalig.

ad Festum

& Cacul-

um.

Quo sensu & Græci suum illud κὺρῶ
λίνα frequētant. Videntur enim pecora
dentibus tanquam forfice aut sicilice
herbas demetere aut detondere. Eādē
metaphorā dicimur & nos *arbores tondere,*
cum frondes ramosq; earum putamus.
ut lib. 2. Georg.

— *rum brachia tonde, i. ramos.*

Vnde & 3. Georg. *tonsa oliva.*

Vt contra in Daphnide, *Intonsi montes, i.*
silvosi, & adhuc integri, atq; incædui.

Deniq; Plautus, ille

Festivitate & salinarum arbiter,

Tōdendi verbū elegētissimā usurpatione
logius etiam trahit, in *Capte v. ii,* qui mo-
ribus suis mirificis lectorē sæpè confis-
mitem sui, hoc est, captivum reddunt;
act. 2. scena 2. ubi servulus de conservo,
qui jam in eo erat, ut herum ludifica-
ret, atque in transennam duceret:

Sed

Sed utrum strictimné attonsurum dicam esse,
an per pectinem,

Nescio ———

Vbi duo genera Tondendi, *σκάφλον* & *κῆρ*, exprimuntur: quorū illud strictim fiebat, hoc secus. Nam *strictim* tondere est tondere ad cutem: *ἐν χεῶν κείρην*. Per pectinem, est paulo longius à cute interposito pectine tondere.

In re simili
Francones
mei:
Er schirtu
redlich ubern
tamp.

Morsu.) Nic. Erythræus, vir diligentissim⁹, legit, *Manju*. Si auctoritas vetusti codicis accederet, utrâq; manu teneremus: vel ideo etiam, quod statim verso tertio τὸ *morsu* repetitur. It notam mihi in his sex septem carminib⁹ felicem copiam, aut potius luxuriam, istius sententiæ, quam alibi noster simpliciter ponit, *pascuntur rure capellæ*. Vides. n. hic capellas Tondere *gramina morsu*: *Arbuta prosectis ramis pendula carpere*: *Labruscas virgultis densas petere*: *Carpente morsu salicis cacumina rapere*: *Fruticum sentes rimari*: *Irivigui marginis undæ imminere*. Quo quidem extremo capellas suas q. dubio & adipali aliquo Matris Deum aut Naturæ epulo saturas, jam etiam potum ducere voluit.

Arbuta.) *Arbuta*, fructus sunt arbuti; *Arbuta*
F 4 quæ

quæ Servius roma silvestria exponit,
nempe κομάρις Hagapfel / Hagbutten.
Vide Iac. Dalechampium ad Plinium
lib. XV. cap. XIV. & lib XIII. c. IIX.
ubi docet, Plinium incogitâter μεμαλ.
κυλον fructum arbuti cum Vnedone fructu e-
pimelidis confundere. Est autem hic
fructus capillis præcipuè in delitijs, ita
Eclogâ 3.

Dulce satis humor, depulsis ARBUTVS hædis.
Horatius lib. I. Odâ XVII.

*Impune iutum per nemus arbutos
Quæruni latentes, & thyma devia
Olentis uxores mariti.*

Palladius in Novembri, Titulo XIII.
Hædis arbuti cacumina sunt sæpè præbenda. Et
Columella caprini pecoris cibum enu-
merans nominatim arbutum etiam &
Cytisum ponit. Theophrastus lib. I. Hi-
stor. Plant. Arbutum numerat inter
ἀείφύλλα: à perpetuo virore: & conjun-
git cum terebintho & lauro, suavissimis
arboribus.

Projectis ramis:) Fructus onere &
proventu nimio gravatis & depressis.
Ita. n. proiectos ramos hîc intelligo: nō ter-
mites manu Pastoris avulsos & ca-
pellis in pastum projectos: quod tamen
etiam

etiam
psum
πόλα
tiâ.
bi m
in T
tis f
cape
rint.
vide
neu
lim
nin
lab
cau
viti
sto
No
in
ce
lab
se
nu
bo
La

etiam fieri non nescio, & me facere i- Im petuae
ben Zederitz
psum ex disciplinâ parentû, cum *ἀγρο*
πόλ & Caprarius essem in adolescē-
tiâ. Nam etsi Plinius Arbūtum alicu-
bi miræ altitudinis facit: puto tamen
in Thessaliâ modestæ etiam excelsita-
tis fuisse, ut inferiora ipsius petulantiâ
capellarum sublimantium non supera-
rint: perinde ut ad hunc Septentrionē
videmus.

Labrusca virgultis densa) *Labruscum* *Labruscum*
neutro genere hîc enunciatum, iam o-
lim notavit Nonius: quod aliàs foemi-
nino est usitatus. Eclogâ V.

————— *adspice ut antrum*

Silvestris ravis sparsit labrusca racemu, i.
labra & margines antri passim impli-
cavit & occupavit. Est autem *Labrusca*
vitis agrestis, *ἀγρίαμπελ* Theophra-
sto dicta, & *ἐμπελ* *ἀγρία* Dioscoridi.
Nomē hoc inuenit apud Latinos, quod
in terre marginibus, atque ad ipsas ma-
cerias & septa nascatur. Videlicet à
labris & extremitatibus rerum, quibus
se clauiculis suis applicat. Vel, ut non-
nullis placere video, quod sapore acer-
bo labra lædat. Plinius lib. 23. cap. 1.
Labrusca quoq; Oenaniben fert, quæ Græcis *ἀμπελος*

*Vua Tamini-
nia.*

*petos agraria appellatur. Quid autem Labra-
sca & uva Taminiæ inter se differant & an
unum sint, curiose disputat Hieron.
Mercurialis Variarum Lect. libr. 2. cap.
16.*

Petulum.

*Petuntur) Bene, petuntur. Nam & à
petendo dicti sunt petulci, quod proteruo
& crebro imperu petant, lædendi alte-
rius gratiâ. & noster 4. Georg. hoc genus
nominat petalum:*

————— hædig. petulci

Floribus insultant. —————

*Meretrices
sunt petulæ.*

*Vnde & antiqui improbas istas mulie-
rum merces, nempe meretrices, vocabant
petulcas: quæ miseros amantes come-
dunt, dum illi innumeris exorantur exora-
bulis: ut Plautus meus, qui petulantiam
& procacitatē eius generis nimis quàm
graphicè descripsit, sub personâ adole-
scentis in Truculento, plorat Hinc
& limaces dictæ sunt meretrices, à liman-
do: quod, ut limax folia plantarum &
olera corrodit; ita illæ amantes. Quo
respectu & meretrix à Menandro αἴξ,
i. cabra nominatur. Petulus autem, qui
petit, eâ formâ dicitur, quâ Hulus, qui
hiat, auctore Charisio.*

Limaces.

Hæc

P. VIRG. MARONIS 98

Hæc (suspensa) i. Capell'a *met' eos*,
& pedibus prioribus *sublimata*, ut loqui-
tur Apuleius Sic enim elegantius puto,
quàm si coniunctim pronunciemus, *sus-
pensa cacumina*, i.e. pendula in præcipiti. Et
quia cacumina & flagella talicis pro in-
genio suo altius plerumque eriguntur,
quàm ut humilitas capellarum ijs im-
minere queat; ideoque signatè dixit, ea
rep, & quidem *Carpende morfu*: quasi ra-
ptus siue rapina illa violenta sit, &
carptim strictimque fiat.

Sicilia,
Ein Getreide
Sicili re
pratum,
Der Wiesen
ein Kolben
machen.

Sentes fraticum rimatur) Aut se,
aut certè caput in fraticolas istas sentes
abdit & quasi immergit, dum suavissi-
ma quæq; sectatur. Nam *Rinari*, aucto-
re Festo, scrutari & valde quærere est.
Ita vultur ille fato esuriens — *rimatur*
viscera Troi; *Æneidos VI.*

Rimare

Ita Tarchon hastâ

— *Venuli partes rimatur apertâ* —

Quâ vulnus lethale ferat — — —

Ita 3. Georgicōp, agricolæ, quibus bo-
ves aratores mortui,

— *rasis terram rimantur* —

Imminet undæ) Eleganter contra
se posuit *Rinari* & *imminere*. Illud enim
est, quod diximus: hoc, è loco superi-
ori

Imminere

ori

Labri
nt & an
Hieron
or. 2. cap
am & l
proteru
ndi alte
oc genu
culci
mulie
ocabant
come
ur exora
antiam
s quam
adole
Hinc
a liman
um &
s. Quo
dro dū
em, qu
lms, qu
Ha

ori avidè quid affectare, & toto corpore
impendere.

Aeneid. i.

— adscendant collem, qui plurimus
vrbi

Imminet, — Eclogâ IX.

— hic candida populus antro.

Imminet —

Irrigui marginis) διαρρῦτῶν πλατα-
μῶν. Vulgata:

Imminet in rivi, praestantis imaginis, undam.

Quâ distinctione, rivus praestantis imaginis
fuerit, in quo aquæ teneritudo, clare
reddat imaginem, auctore Barthio nos-
stro. Sed locum hunc claudamus loco
Columellæ lib. 7. cap. 6. Caprinum pecus
dumeta potius, quàm campestem sicut desiderat:
asperisq; etiam locus ac silvestribus optimè poscitur.
Nam nec rubos averfatur, nec vepribus offenditur,
& arbusculo fructetisq; maximè gaudet. Ea sunt
arbutus atq; alaternus, Cythifusq; agrestis, nec mi-
nus ilignei querneiq; frutices, qui in altitudinem
non profiliunt. Ecquid hæc Virgilianis
nostris assimilant similiter? fatebitur
opinor, nisi cui Gemini Menandri non sunt
Gemini.

O bona pastoris.) Laus vitæ pa-
storitiæ

storitia
dem o
affectu
exitu

Ofo

Ag

orditu

ronen

lus fu

FE

Vitan

urban

malt

cultis

berare

Sente

nobis

plum

ditu f

vitan

ter la

tatis

Ody

du

teles

Oeco

præ

storitiæ iuxtâ & rusticæ. Quam lau-
dem orditur ab exclamatione, eo planè
affectu, quo in Secundo Georgicō sub
exitu:

*Laus vite
pestoritiæ
rusticæ.*

O fortunatos nimium, sua si bona nôvint

Agricolæ! &c. Simili admiratione

orditur Claudianus carmen de Sene Ve-
ronensi, qui agro suo nunquam egres-
sus fuerat:

*FELIX, qui proprijs ævum transegit in
arvis!*

Vitam autem Rusticam ita noster cum
urbanâ comparat & contendit, ut illam
multis modis huic præferre, atque oc-
cultis insuper convitijs urbanam ver-
berare videatur. Argumenta utriusq;
Sententiæ non aggerabimus, ne labor
nobis geminetur, sed ea ordine apud i-
psam Poëtam, cum plana sint & expe-
ditu facilia, expendemus. Cæterum
vitam rusticam vel ex professo, vel obis-
ter laudârunt, *primus doctinarum & antiqui-
tatis Parens*, ut Plinio laudatûr, Homerus
Odysseâ VI. & VII. & extremo. Hesio-
dus passim *τῶν ἔργων καὶ ἡμερῶν*. Aristot-
eles lib. 6. Polit. c. 4. Xenophon in
Oeconomicis. M. Porcius Cato in
præfat. *De re rusticâ*, ubi inter cætera ait:

Vitam

VIRVM BONVM cum laudabāt, ita laudabim;
BONVM AGRICOLAM BONVMq; COLONVM
 amplissimè laudari existimabatur, qui ita lauda-
 batur. Cicero in Catone M. & pro Roscio,
 & alibi Varro in principio operis *De re*
rusticâ Plinius Nat. Hist. lib. 18. c. . & 2.
 & 3. sed strictius itemq; Plinius Cęcili-
 us, prioris ex sorore nepos, in Epistolis
 passim.

Horatius Epodon. Odâ 2.

*Beatus ille, qui procul negotiis
 Ut prisca gens mortalium.*

Paterna rura bobus exerceat suis

Solutus omnifœnore: & quæ ibi porro

Venusinus olor suavissimè concinuit.

Nazianzenus Oratione *De pauperibus*. E

nostris pulcherrimè Ang. Politianus

carmine, & Iustus Lipsius epistolâ, quæ

I. Centuriæ octava est, ad Gul. Breuge-

liam. Musonius apud Stobœum, dat

vitæ rusticæ σεμνὸν καλὸν, εὐδαιμονικόν.

Et apud eundem Myson quidam ora-

culo Apollinis ἀγλαός, id est *splendidus*

dicitur est: ut & alius quidam Psophis

dus nomine εὐδαιμων, id est *beatus*:

quòd ambo vitæ rusticæ operam da-

rent.

O bon

O bona pastoris) & bonam beatam-
que pastorum vitam: *ἡαυμασικῶς*: qua-
si dicat cum Musonij illo rustico: quàm
honestà, quàm pulchra, quàm felicia
sunt omnia pastoris.

Pauperis usum) Propriè, *V S V*, di-
xit. Nam *V S V S* est, quo vita susten- *Vsus:*
tatur citra defectum. *Fructu* ad volupta- *Fructus*
tem etiam extenditur. *V S V S* in ne-
cessitate est. Plus ergo est, *frui*, quam *VTI*
Cato, *Si quid est, quo utar, utor: Si non est, ego*
sum cur per me vii atq; frui licet. Cicero ad
Curionem: *Id cuiusq; est proprium, quo quis-*
que fruatur atq; vivat Manilius lib. 4.

Quumq; sui parvos V S V S natura repositat,
Materiam struimus magnæ per vota ruinae.

Sensus autem loci est: & felicitatem
vitæ pastoritiæ, si quis, prius doctâ atq;
institutâ mente, non fastidiat nudum
pauperis usum, atq; in eâ simplici pror-
susq; antiquæ virtutis vitâ, probet o-
mnia, incognita pretijs luxuriæ: quæ
solo gulæ obsequio pretia rebus consti-
tuit, ut nihil æstimabile prorsus atque
optandum putet, nisi quod, ut loqui-
tur Petronius, *pretiosum gula fecit.* Illic)
id est, Apud rusticos & pastores, omnia
i sta pretiosa luxuriæ instrumenta igno
ta

ta esse probum ducat, declinans hoc modo carnifices istas & ut Plautus appellat, *exanimales curas*. Ita Martialis lib. 10 epigr. XCVI. ad Avitum, qui in urbe Româ consenuerat.

Illâ placet tellus, in quâ res parva beatum

*Mefacit, & TENUES LUXURIENTVR
opes:*

Ibidemq; placere sibi ait:

— *Saturæ sordida RURA casa:*

C. Barthius vulgatam lectionem,

— *& prober illic*

Omnia, luxuriæ pretijs, incognita curis,
hâc interpunctione sic exponit: Acutissimè, inquit, luxuriæ pretium *curas* appellavit. Iis enim illa venditur. Et is mos est luxuriosorum hominum, ut *curas* pro pretijs luxuriæ habeant. Eas enim ut amoliantur, strennuè Apitiantur.

*Luxus
veterum.*

Luxuriæ pretijs) Ita Martialis loco iam citato, de urbe Româ:

Heic pretiosa fames, conturbatorq; macellus.

Vbi per pretiosam famem & macellum conturbatorem (nam Gruteri lectionem sequimur) nepotinos istos sumptus & effusum luxum castigat, quo hauriebantur *opes & patrimonia in coëmendis conquisi-*

qui
Pha
vit
sum
cai

De
prin
do
con
ria
ma
sepe
ran
Col
priso
prac
conf
cens
pret

I
nus

quisitissimis cibis; petitis etiam ultra Phasidem avibus: quippe cum sæculi vitio is maximi fieret, qui peritissimè consummum domini, ut Plinius ait, mergeret. Seneca in Thyeste:

— *ventrem improbum*
Alimus tributo genium —

De vitijs urbicorum, & prodigioso imprimis luxu, qui à Punico bello secundo aut circa, urbem infecit & pænè confecit, multi multa & varia memoriæ tradiderunt: quorum oraniū summam videtur I. Lipsius in unum caput septimum compegisse libri 4. Admirandorum, caput verè admirandum. Columella in præfat. lib. 10. *Parcior apud priscos erat frugalitas &c. Mox cum sequens & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosi pretia constituerit, cœneq; non naturalibus desiderijs, sed censibus aestimentur, plebeia paupertas submotæ pretiosioribus cibis ad vulgares compellitur &c.*

Lamentatur hanc insaniam Lucretius lib. 4. suæ Pharsaliæ:

— *ô prodiga rerum*
Luxuriosæ, nunquam parvo contenta paratæ,

G

Et

nus lib. 2. In Ruff. pari ratione *stimulantes animorum* appellavit. Lucanus lib. 2. *mordaces*. Horat. Od. 2. *edaces*: idem Odâ 16, 2. graphicè pingit

— *miseros tumultus*

*Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.*

Avidas mentes.) Ut scilicet fiat illud
Poëtæ Nasonis:

*Querere, ut absument, absumpta requirere
certant,*

Atq; ipsæ vitijs sunt alimenta vices.

Infra. v. 80.

Si non Assyrio colore.) Idem 2. Ge-
org. *Assyrium venenum* vocat, quod hic co-
lorem. Notat autem vestem aut lanam
sanie sive succo piscis *purpure* infectam:
qui color & *Ostrinus* & *Conchyliatus* dici-
tur: item à loco *Tyrus*, qui nostro hic
Assyrius. Tyrus enim civitas & nobi-
lissimum emporium est Phoeniciæ:
hæc autem provincia est Assyriæ, quæ
postea *Syria* dicta est, auctore Iustino.
Et Græci vetustissimi Assyriam voca-
runt, quicquid inter Tigrim & fines

Purpure color.

G 2

Agy-

Ægypti interjectum est: ut monet Ios. Iustus Scaliger ad Eusebium.

Bislaüta vellera) Dibaphum, ut Cicero lib. 2. Epist. 16. nominat, circum- scribit: id est, purpuram sive lanam purpuræ tabo bis tinctam, quæ simpli- ci præstantior erat.

Plinius lib. 9 c. 39. *Purpuræ usum Ro- me semper fuisse video. Me iuvene violacea vige- bat: Cuius libra denarijs centum venibat. nec multò post rubra Tarentina. Huic successit di- bapha Tyria, quæ in libras denarijs mille + non poterat emi.* *Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio &c.*

Aureis cen- tum.

Horat. 2. Od. 16.

— Te bis Afro
Murice tinctæ
Vestiunt lana.

Ovidius 3. de Arte:

Quid de veste loquar? non iam segmenta res
quiro,
Nec, quæ BIS Tyrio murice lana
rabet.

De purpura vide commentarium re-
rum

P. VIRG. MARONIS 101
rum memorabilium Guid Pancirolli
I. C. & Notas in eundem Henrici
Salmuthi: ubi inter alia docent, *Pur-* *Purpure*
putam hodie nusquam apparere, nec li- *vera hodie*
num vivum sive *asbestinum*, quod igni *nusquam:*
purgabatur, & ob id pretia excellen- *Nec linum*
tium margaritarum æquabat; ut nec *vivum:*
alterum linum, quod *Byssus* diceba- *Nec byssus.*
tur, &c.

Attalicas opibus.) Id est, magnifi-
cis & regijs: quales fuere Attali Asiæ
Regis, à quo Popul. Romanus hæres
institutus est. Vnde *Attalicae conditiones* a-
pud Horatium Odâ 1.

Data.) Vel propriè sic *data*: vel,
venundata & mutata tanto pretio.

Sublaqueare domus.) *Laquear* est la- *Laquear.*
cunar.

Noſter 1. Æneid.

— dependent lychni laquearibus aureis
Incensi —————

Horatius 2. Odâ 16. *Laqueatum tectum* no-
minat. Hanc autem luxuriam in lacu-
naribus tricliniorum graphicè pingit
M. Manilius lib. 5.

G

3

Scul-

*Ædes Iovis
Tonantis ab
Augusto dis-
catas intelo-
ligit.*

*Sculpentem faciet sanctis laquearia tem-
plis*

*Condentemque novum coelum per tecta To-
nantis.*

*Hæc fuerat quondam divis concessa fi-
gura :*

*Nunc iam luxurie pars est, Triclinia tem-
plis*

*Concertant; tectiq; auro iam vescimur
auro.*

*Id est, tecti aureis lacunaribus vesci-
mur auro cavo, id est, è vasis aureis ci-
bum sumimus.*

Arnobius de Ædibus Sacris :

*Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis stru-
ctæ: LAQUEARIBVS aut renideant AVREIS:
splendeant hîc gēme, & sidereos evomans variatâ
intersitione fulgore s: terra sunt hæc omnia, & ex
sæce vilioris materiæ concreta.*

*Tangit.) Afficit, allicit, delectat: vel
etiam, ferit & commovet.*

*Picturæq; decus.) Picturam sive in Ta-
bulis, sive Textilem, ut Cicero appellat:
quæ Romæ præcipuè in delitijs. In
Picturâ autem decus potissimum sunt
lumen*

Picturæ

lumen & umbra. Nam his vocabulis utuntur artifices. Opacitas enim, quæ atro efficitur colore, *umbrae* nomen obtinuit: claritas quædam, quæ candido præstatur colore *luminis*. Plinius lib. 35. cap. 5. Tandem ars se ipsa distinxit, & invenit *LUMEN* atq; *UMBRAM*, differentiâ colorum, alterna vice sese excitante. Etiam verbum, *illuminare*, pictorum est. Cicero in Bruto ad orationem transtulit. ea inquit, non tam in verbis pingendum habet pondus, quam in illuminandis sententiis. Vbi, *illuminare sententias* dicit, figurâ quâdam exornare: ut lumine excitatur exornaturque tabula picta. Vide & Hadr. Turnebi Adversariorum libr. 26. cap. 12. Posset & *picturae decus* intelligi de picturatione ἐμβληματική: quæ sanè multiplex: tessellatio, gemmarum intersitio (λίθοκόλλητος ἔργον) marmoraria incrustatio, quam Mamertus in eruditiss. Panegyrico suo *picturatas marmorum crustas* vocat. Vide Scallig. ad Manilium.

Lapidum nec fulgor.) Fulgor lapidum sunt ipsi lapides fulgentes. Nec de
 Opera musici
 va.

de lapidibus pretiosis aut gemmis hæc capio, cum de ijs paulò post vers. 67. dicturus sit: sed de politurâ marmorum, & hujus notæ aliorum lapidum musivariâ picturâ & vermiculatione. Nam & pavimenta sectilibus scutulis, aut tessellis structa, & ad regulam exactè perfricata Romæ frequentabantur, quæ opera Musiva vocabantur, siue musivaria: Artifices, musivarij pictores. Græcis $\psi\eta\phi\omicron\delta\epsilon\tau\eta\kappa\tau\acute{\alpha}$ & $\psi\upsilon\phi\omicron\beta\omicron\lambda\iota\alpha$. $\psi\upsilon\phi\omicron\delta\epsilon\tau\eta\kappa\tau\eta\varsigma$, tessellarius, tessellator: $\psi\eta\phi\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$, tessellarius, pavementum. $\psi\eta\phi\omicron\lambda\omicron\gamma\omega$, tessello.

Lucillius.

*Quàm lepidè lexes compostæ, ut tesserulæ
omnes.*

*Arte pavimenti, atq; emblemæque vermicu-
latae!*

Plinius lib. XXXV.

*Nunc verò in totum marmoribus pulsa,
iam quidem & auro, nec tantum ut pa-
rietes toti operiantur, verum & interrase
marmore vermiculatis ad effigies rerum &
ani-*

animalium crustis. Non placent iam abaci, nec
spacia montis in cubiculo deludentia: capimus &
lapidem pingere &c.

Seneca epist. LXXXVI.

Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis
ac pretiosis * orbibus resplendent: nisi Alexandrina Nam crustas
marmora Numidica crustis distincta sunt, nisi illis aut segmen-
vndiq; operosa & * in pictura modum variata civ- ta marmoris
cum litio prætexitur &c. Quas Seneca orbis variè figura-
vocat, eas Plinius Ovatas figuras. Iuvena- bant, in orbem
lis: in ovum, in
quadrantem, in
quadratum.

Qui Lacedæmonium pnyssmate lubricat orbem,
Id est, cuius triclinij aut stibadij pau-
mentum pretiosis Tænarij marmoris
orbibus refulget. Sed vide mihi Scali-
gerum in Sphæram Manilij Barbaricâ,
& Plinium lib. 35. cap. 1. & seqq. ubi lapi-
dum naturam vocat præcipuam morum insa-
niam. De hoc etiam luxu Romanorum
Seneca Epistolâ centesimâ: DESIT sanè
varietas MARMORVM & concisura aquarum
cubiculis interfluentium. (Lipsius refert
ad aquas, & minutos Euripos, in cæna-
tionibus olim, & præsertim æstivis. De
quibus idem Seneca Quæst. Nat. 3: 17.
In cubili natant pisces. & sub ipsâ mensâ capitur,
qui statim transferatur in mensam.) & quicquid
aliud luxuria, non contenta DECORE simplici

G 5

miscet:

miscet: quod dici solet, DOMVS RECTA
Domus recta EST: hoc est, ut obiter è Turnebo expli-
cem, quæ nimio luxu corrupta non est;
neq; laquearibus & marmoribus pellu-
cet, neque eleganti tectorio aut lacuna-
ri perpolita est: sed laudabilem quandã
mediocritatem ostendit: vel, ut Li-
pius breviter, Domus recta, quæ sine vitio
est, et si minùs ornata aut instructa.

Alconis Boetiq;) *Alcon & Boetus* par
 sculptorum aut tornatorum tunc tem-
 poris haud dubiè nobilissimum. *Alconis*
 tamen nomen litteris alibi consignatũ
 non inuenio. *Boetum* siue *Bæthum* laudat
 Plinius lib. 33. c. 13.

Toreuma

Toreuma) *Toreuma* Ciceroni, Sallu-
 stio, & Plinio opus cælatum est tornoq;
 factum: *Gedrähret oder erhoben*
Bildwerck &c *Toreutices* autem in-
 ventor à Plinio nominatur *Phidias*; cõ-
 summator *Polycletus*: & tantus ei sem-
 per honos in Græciã fuit, ut seruis eã
 arte prorsus interdictum fuerit. Mar-
 tialis libr. 4. Epigr. 39. ad Charinum:

ARGENTI genus omne comparasti:

Et solus veteres Myronis artes,

Solus Praxitelis manûs Scopeque,

Solus

*Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores &c.*

Ibid. epig. 46.

Hispanæ luteum totæ toreuma.

*Idem libr. 3. epig. 35. de piscibus Scul-
ptis :*

ARTIS Phidiacæ toreuma clarum

Pisces adspicis : adde aquam, natabunt.

Juvenalis Sat. 1.

— & stantem extra pocula caprum.

Conchea bacca) id est, margarita siue
vnio: Nam margaritæ in conchis conce-
ptu roscido generantur: Vnde *margariti* Conchea
feræ conchæ apud Plinium. Quam qui-
dem *margaritam* & Persius Satirâ 2. *bac-*
cam concha appellat: Plinius *nucleos quos-*
dam corporum; Tertullianus *elegant: ex*
Concharum pustulam rotundam & verrucam.
Infimæ Latinitatis auctores, nomina-
tim Interpres Horatij, *perulos*: quod no-
men idioma nostrum servavit, *Ber-*
lein. Græci *λίθον* & *ὄσρα* vocant *Dis-*
cit autem noster, *bacca Indi maris*: quia, ut
ait Plinius lib. 9. c. 35. *margaritas Indicas ma-*
ximè mittit Oceanus. Vnde eas Tertul lib.
de Resur. CHRISTI, *Rubentis maris grana*
candentia appellat: ut & D. Hieronymus,
rubri maris grana: Martialis lib. 10. epig. 76

Erp.

Erythræos lapillos:

*Quicquid Erythræâ niger invenitur Indus in
algâ.*

RETRONIUS: *Quò margarita cara,
tribacea, Indica &c.* Sed de naturâ margaritarum; earum luxu, earumque immmani pretio, vide Plinium, lib. 9. c. 35. item Pancirollum cap. de lapid. pretiosis, & eius Interpretem. Vlpianus quidem **I. C. gemmas & lapillos à margaritu** distinguit: & disputat de eâ re Cuiacius lib. 10. c. 18. Obseruat. & Iac. Rævardus lib. 1. c. 4. Var. lect. Sed usus & tyrannis consuetudo rationes ipsorum obtundit.

At pectore p.) Haftenus beatitatem vitæ urbanæ exaggeravit: nunc eidem opponit, & iudicio suo præponit, vitam rusticam, quam longis etiam ornat encomijs. Oeconomia autem orationis pendens è superioribus ista est: *Si non Assyrio &c. Si nitior auri &c. At pectore puro &c.*

Simili structura idem noster 2. Georg. v. 461. in eodem argumento:

*Si non &c
At &c.*

*Si non ingentem foribus domus alta super-
bis*

Manè

C
niter
cupi
phat
nâ v
disti
Poet
mate
nus an
neris
leius
discun
mus
lib 9
mitia
N
Q
Hy
in hoc
Epigr
pictur
perâ
M
Porro
admo

Gemmantes picta per herbas) Suaviter de Vere, tanquam de Apelle aut a cupictore Phrygione aliquo, philosophatur; qui differentiâ colorum alternâ vice sese excitantium picturam suâ distinguunt & illustrant. Vnde & Poeta quidam pulcherrimo sanè ischemate *ver* appellavit *pictorem mundi*. Ita *venus annum pingit floribus* in *Peruigilio Veneris*, quod mox laudabimus Ita *Apuleius lib. 10.* *Ver in ipso ortu gemmulis floridis cuncta DEPINGERET.* Etiam ingeniosissimus ille *Epigrammaticus Bilbolicus*, lib 9. in nomen *EARINI*, *Cæsaris Domitiani Eunuchi*,

*Nomen cum violis rosisque natum,
Quo pars optima nuncupatur anni,
Hyblam quod sapit Atticosque flores,*

in hoc, inquam, nomen ludens, ibidem *Epigr. XV.* de ingenio *VERIS*, ut de picturâ aut textili aliquâ *Phrygionis* operâ loquitur.

*Nomen, Acidaliâ meruit, quod arundine
PINGI,*

*Quod Cytheréâ suâ SCRIBERE gaudet
ACV.*

Porro herbas noster *gemmantes* vocat: quæ admodum sub idem tempus, hoc est, impe-

*Peruigilium
ven. publico
uit primus
Lipfius E-
lect. J. c. 5.
cui initium:
CRAS amet,
qui nunquã
amavit, qui-
que amabit
cras amet
etc.*

imperio Augusti, autor elegantissimi carminis, cui *Pervigilium Veneris* titulus est, flores appellavit gemmeos.

Venus.
Nam Rosas
à sanguine
Adonis, quæ
aper occide-
rat, traxisse
putant rubo-
rem.

*Ipsa gemmeis purpurantem PINGIT annua
floribus:*

*Ipsa iussit manè ut vdae virgines nubant
rosæ,*

*Fusæ aprino de cruore, deque Amoris oscu-
lis,*

*Deq; GEMMIS, deq; flammis, deq; Solis pur-
puris &c.*

Gemmantes herbae. Gemmantes autem herbas hic intelligamus in modum gemmarum lucentes, præ tumque varietate colorum suavissimè distinguentes: quomodo Martialis (ut paulò antè retulimus) *gemmantes rivos* dixit, & eodem ferè ingenio ibidem *picram perdicem*: quomodo idem lib. 3. epig. 58. *gemmeos pavones*, de quibus & lib. 3. epig. 70.

*Miraris, quoties GEMMANTES explicat
alas.*

Columella lib. 10.

— *Præstig; rosaria gemmant.*

Ibidem:

*Iam Phrygiae soli gemmantia lumina pro-
munt,*

Et conniventes oculos violaria solvant.

Aliàs

Alias gemmantes etiam herbae sunt, quas
Humor ille quem serenis astra torant roci-
bus

ut Pervigil. loquitur) quibusdam velu-
ti oculus aut gemmis illustrat: quomodo
herbas rore gemmare dixit Lucretius
lib. 2.

Invitant herbae gemmantes rore recenti

Lanigeras pecudes ———

Itemq; lib. 5.

Aurea cum primum gemmantes rore per her-
bas

Matutina rubenti radiati lumina So-
lis &c.

Sed cum hoc loco de voluptate agatur
rustici potius, quam oculos pascit, quam
de rusticanâ pecude, quæ ventrem: al-
terum sensum merito nunc præferi-
mus.

Per herbas.) Id est, herbis. Sæpè ita
moster, & Manilius:

Carmina per varios edunt resonantia car-
tus.

Lucanus in Panegyre.

Atque illas coinere sui per carmina va-
ses.

H

Nota

Notavit Barthius.

Notat) notabili & insigni Colo-
rū differentiā distinguit, ut planè appa-
reat Lucretij

——— *dædala tellus,*
aut Homeri, *παντοσε δ' οὐδ' ἀδάωρ,* id est, in
omnem partem figurans & varians.

Calamo palustri.) arundine, can-
nâ, unde pastorales fiebant fistulæ. Ita
apud Ovidium & Cæsarem *iuncus palu-*
stris legitur, qui nostro Eclogâ I. *iuncus*
limosus.

Lætum.) Vnde *Leta paupertas* quasi in
proverb. abijt. *Arm Man / frölich*
Man. Possis & *latum* adverbialiter
capere.

Recanente) Ita Scaliger è membra-
nâ Contij I C. ut supra, *recanente lyrâ.*
Vetus editio hunc versum ita repræ-
sentat :

Atq; illum thalamo lætum retinente pa-
lustris.

Laudat Barthius : & *thalamum palustrem*
exponit casam arundine contextam,
Retinere ita fuerit *tenere* : ut Catullus :

Diva quibus retinens in summis urbibus
arces.

Otia

Georg

Et mag
nius lib
TANT

Ita Lib

et : 8

nimis f

tur, qu

ein 2

ster hi

stes elo

Polle

sibi vi

sius lib

Pa

Is igitu
spicit,

Otia invidiâ ac fraude remotâ.)

Georg lib. 2 idem sic de iisdem:

Hu secuta quies & nesua fallere
vita.

Et magno sanè elogio de agricolis Pli-
nius libr. 18. c. 5. minimeq; malè COGI-
TANTES.

Silius lib. 13.

— & fraudum illasa veneno.

Ita Libanio agricola est *ἢ ἡδίστη*

*Exripe
meum
Schwager
Marius las
wer zu Lano
mredent.*

ἢ ἡδίστη Hodie tamen,
nimis fortè Poëtice, Rusticos cavillan-
tur, qui dicunt; Der beste Barver ist
ein Lawer. Duobus autem verbis no-
ster hîc maximas humanæ quietis pe-
stes elocutus est *Invidiam ac Fraudem.*

Pollentemq; sibi.) Seipso contentum;
sibi viventem ac florentem. Ita Lucre-
tius lib. 1 & 2. de Venere:

*Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga
nostri.*

Pollere.

Eleganter hoc Pentadius:

*Pars ego sim plebis nullo conspectus ho-
nore.*

*Dum vivam dominus temporis ipse
mei.*

Is igitur paupertatem æquis oculis ad-
spicit, & is censetur locuples, qui pau-
per.

*Qui verè
dicitur.*

H 2

per.

pertati suæ aptus parvo se divitem fecit. spesque effrænatas & animum in futura eminentem velut sub vinculis habet: id est; agit, ut divitias à se potius & animo suo, quàm à fortunâ petat.

Ludens.) Scil. coma Tmolia. Nam ordo hic est: Coma Tmolia subter pampineo amictu ludens cum palmite viridi velat pollentem sibi. *Ludens* autem, nempe à flatu venti.

Ita Varro, auctore Scaligero:

Lusus
venti.

Capitis Corona fasciis viligneis

Faciem labore flatili viridis premit.

Non abludit ab hoc labore flatili sive ludente vento illud *ludibrium venti*, Æneid. 6. quod de folijs Sibyllæ Poëta noster pronunciauit:

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Item Horatij illud 1. Odâ 14.

————— *ventis*

Debes ludibrium —————

Palme autem est sarmentum & prælonga vitis luxuriantis virga, cujus summa & extrema pars *flagellum* dicitur, quæ ven-

ventis
um; q
xerit:

PA

Pampineu
vestitu
lumentu
Tmolus f
boni es
felix &

A

Hin

T

λθ

Tmoli

gant

arbo

Noft

E

ventis ut plurimum debet ludibri-
um; quod noster 2. Georg. sic pin-
xerit:

— & dum se latus ad auras.

*Palmes agit, laxis per purum * immissus ba-* * Per celum
benis. *auras. A-*

Pampinus verò folium est, quo vitis quasi *libi: ma-*
vestitur: Vnde hîc *pampineus amictus* & *ve-* *gnum per*
lamentum vitis *Timolæ* nostro dicitur. iam *inane.*
Timolus sive *Timolus* mons *Lydiæ* est, *Strab-* *Pampinus.*
boni *ἔνδ' αἰμωρ ὄρεσσι*, præcipuè *vinetis* *Timolus.*
felix & *nobilis.*

Hinc Ovidius, de Ponto:

Africa quot segetes, quot Timolia terra rabe-
mos.

Auctor Thebaidos:

Hinc nota Baccho Timolus attollat iuga.

Theophrastus 4 Histor. 6. *Τμῶ-*
λα *ἔχει ἀμπέλου.* Etiam noster *vites*
Timolias laudat 2. Geor. Porro *coma ele-* *Coma her-*
ganti metaphorâ hîc de vite, ut & de *barum, cr-*
arboribus & *herbis* alibi usurpatur. *arum, v-*
Noster 2 Georg de palmitibus. *liban.*

— tunc stringe comas, tunc brachia conde.

Horatius 4. Od. 3.

Et spissa nemorum COMÆ.

H 3

Noster

Noster 4. Georg.

Ille comam mollis iam tum tondebat acan-
thi.

Ibidem:

———— *Narcissum sera COMANTEM:*

Id est, sero florentem.

Atq; ut metaphora pulchrius conti-
nuetur, signate noster TONDENTIS ver-
bo utitur. *Brachia tonde*, id est, ramos am-
puta.

———— *comam tondebat acanthi,*

Id est, flores & folia demetebat.

Deniq; cum Tmolus auctoritate et-
iam Virg. nostri 1. Georg. nonnullis croci-
quoq; ferax statuatur, censet Barthius,
sertum aut coronam crocinam hic in-
dicari, quam viteæ interlucentem Poë-
ta faciat: & quam versu præcedenti
viridis palmitis ambitu descripserit. Et si
autem ingeniosissimi hominis opinio-
nem in ordinem non redigo: quia ta-
men eo loci *croceos Tmoli odores* non tan-
tum Servius P. Danielis, sed & magni
nominis Interpretes, vinum Tmoleti-
cum crocei odoris exponunt: existi-
mo, Pastorem hic non coronatum pro-
ducere, sed potius in ostio antri amænif-
simi latus explicantem, & fistulâ oti-
um suum fallentem. Vix enim dici po-
test,

rest, o
spelun
rit igit
xit in
S
Ecce i
racem
pinum.
C
Pan
Simi
κὺκλα
λον π
κνυ, In
bientem
Ha
mnes
ἦδ'
ἦμε
A'g
Viti
Amæ
lib. 15

rest, quàm curiosè in tali argumento speluncas etiam sectati sint Poëtæ. Fuerit igitur hic antrum, quale noster pinxit in Daphnide :

Sive antro potius succedimus : adspice, ut antrum *Antri pittura.*

Silvestris raris sparsit labrusca racemum.

Ecce in antri ambitu labruscam ! Ecce racemum ! planè ut hic *palmitem*; ut *pampinum*.

Claudianus in Epithal. Pallad. de simili antro :

— *crispatur opaca*

Pampinum, & vitem sudantem ventilat uvis.

Simile quid D. Chrysostomus Orat. 2.

κύκλω δὲ τὰ περὶ τὸ σπύλαιον, ἀμπέλον περιήκασσαν ἀράϊων βότρυσι βεβρομένῃν, In circuitu v. speluncæ *VITEM speciosam, ambientem omnia, uvis gravatam.*

Haufit ex illo fonte, unde Poëtæ omnes omnia, Homero, Odyf. v.

ἠδ' αὐτῆ πετάνυσσῳ περὶ σπείας, γλαφυροῖο

ἡμερῆς ἠβώωσα, τεθῆλη δὲ στεφυλήσιν :

A'q; illic extensa erat circum speluncam cavam vitis pubescens, florebat verò uvis.

Amænissima etiam sunt illa Sidonij lib. 5. epist. 17. *Hic pars sub umbra PAL-*

H 4 MITIS

MITIS ad hanc, quam stipitibus altissimis, cancellatimque pendentibus PAMPINVS superducta texuerat: pars cessante in viridi, sed floribus odore, consideramus. Vide & Ælium lib. 13. c. 1. qui simillima. Alludit Cyprianus lib. 2. Dant scissum vicina secreta: ubi dum erant palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines barulas repunt viteam porticum frondea repta fecerunt. Pleni talium omnes libri.

Ros.

Rorantes lacte capellæ.) Ros interdum pro levi adspersione sumitur per metaphoram: interdum pro ubere humoris copiâ: ut exempla docent. Vnde ros aquæ, pro aquâ, apud Lucret. Ros lacrumarum apud Nasonem. Ros sanguinis, apud Lucanum. Ros Castaliæ, pro aquâ fontis Castalici, apud Horat. libr. 3 Od. 4. Hinc Rorare & rorare, frequentia nostro. Ita hinc,

— rorantes lacte capellæ sunt, de quibus
Idem 3. Georg.

— hinc largi copia lactis:

Quam magis exhausto spumaverit ubere
mulsura,

Lacta magis pressis manabunt ubera mam-
mis.

Item Bucol. 4.

12/6

Ipsæ lacte domum referent distentia capellæ vbera

Horat. 1. Sat. 1.

Quodq; aliena capellæ gerat distentius vber.

Gratus autem ideò esse capellas pastori ait, etiam præ ouibus: quod capræ non lactis tantum copias, sed & foeturâ ouibus præstent. Quanquam Aristoteles lib. 6. c. 19. Histor. animad. æquam foeturam dat capris & ouibus. Certe non ster, loco prius indicato, in contentione utriusq; pecudis,

—— *Densior hinc suboles, inquit, scilicet capellis.*

Columella lib 7. c. 6. *Parit capra, si est generosa, proles frequenter duos, nonnunquam et geminos.* De iisdem auctor Geoponicor. lib. 18. *διδυματοκείως ὡς Ἰππικόν.*

Et nemus & fœc palus) Ita MS. Scalligeri, & Contianus. Vulgati Codd. *Et Venus & f. t. l. s.* Sed illud ad rem hanc multò aptius. Neque enim *nemus* tantum, sed & *palus* ad ruris amœnitatem facit. De hac quidem Apuleius 4. *Metamorphos.* *Quin potius domus iuxta parvulum ac perflatilem locum immò & LACV aliqua conterminum refrigerantemq; prospiciat?* Sic ergò & hoc loco *palus fœcunda* exponatur. Vel,

Palus fœcunda.

H 5

quæ

quæ humore illo alibili agrum fæcun-
det. Possis & *fæcundam paludem piscatum*
fertilem intelligere.

Intus.

Vallibus-intus) *Intus* hic est ἐνδοθεν:
ex interiore & penitiore vallium re-
cessu, Sæpiculè ita Plautus.

Bacchidibus : *Argentum iubebo iam intus ef-
ferri.* Ecce, *argentum-intus*, quod intus
est.

Amphitruone : *Effer intus-pateram*, τὸ ἐν-
τῷ - ποτήριον.

Menæchmis : *Evoca intus-cocum* : & a-
libi.

Ita Lucret. lib. 6:

*Cum mare permotum ventis ruit intus-areæ
nam.*

Ecce, *arena-intus* : uti & Gifanius expo-
nit.

Semper opaca novis) coniungatur
Semper-novis : & fontes *semper - novi* pro ijs
capiantur, qui semper innouantur, suc-
cedente aquâ ingenuâ ; iudicio Barthij.
Porro hunc amænitatis rusticæ locum
mirè illustrat ille Petronij in Satirico :

*Nobilis æstivas platanus diffuderat umbras,
Et circumtense trepidanti vertice pinus,
Et baccis redimita Daphne, tremulaq; cu-
pressus :*

Has

Hu inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo vexabat rore lapillos
Dignus amore locus. ———

Qui magis optato queat esse beati-
or) Qui, pro, *μᾶλλον* Magis beator
Hellenismus est. Aristophanes ad ver-
bum, quod Scaliger notat, *τις γὰρ γυναικῶν*
μᾶλλον ἐλβιάπερ; *ἢ αὐτῶν* *μαῖον* *μαῖον* *μαῖον*
μαῖον, magis abundantius, apud Marcum. E-
uangelist. c. 6. Alijs etiam frequenta-
tus: Plauto, Menæchmis prologio,
magis maiores magis egerit.

Magis
maior

Pænulo act. 2. convenientiores magis erunt, atque
evidi *magis*.

Sticho act. 5. 4. Hic magis est dulcius.

Boëtius lib 1. Prosa 4: ut magis essem *ma-*
ior.

Idem lib. 3. metro 1.

Dulcior est apium magis labor,
Si malus ora prius sapor edat.

Alcimus Poëta Christianus:

Floruit Circa
ca annum

Quoq; magis nativa hominis sublimior ex-
stet. &c. Christi 4900

Item Arator, Diaconus Rom.

Nona fuit tunc hora, magis quâ rectius Circa *ma-*
horâ 5600

Proditce iam trina fides. ———

Scipio

Scipio Gentilis senescentis Iustitiæ ve-
rus scipio, Parerg. lib 1. c. 37. observavit,
talia etiã Ictis suis frequentari, cùm di-
cant, *Potius malle: magis malle, &c.*

Mente purâ.) *suprà, pectore puro: pau-
lò post, pura voluptas.* Adeò noster purum
hunc affectum in suo rustico inculcat:

Sensu probando) *Sensu γνώμη, id est,
sententia, consilio, proposito.*

*Avaritia
pittura.*

Avidas opes) propriissimè *AVIDAS* di-
xit. Vel, *Avidas opes* dixit, pro avaro fœneo-
ratore: quomodo Persius *avidos deunces:*
& Claudianus, *avaras opes.* De re Sallusti-
us: *Avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo
sapiens concupivit: ea quasi venenis malis imbu-
ta, corpus animumq; effœminat. Semper infinita,
insatiabilis est, neq; copiâ neq; inopâ minuitur.*
Vnde magnus ille magister Epicurus,
referente Senecâ Epist. 21. *Sivis, inquit,
aliquem facere divitem, non pecuniæ adiciendum,
sed CUPIDITATIBUS detrahendum est.* Verba
Epicuri Græca exstant in Stobæi ser-
mone XVII. Similiter Plato cuidam
rei augendæ semper cupido; O improbe,
inquit, *ne stude possessiones augere, sed CUPIDI-
TATES minuere.* Verba apud Stobæum ista
sunt: *Πλάτων πρὸς τὸν αἰὲ ζητῶντα χρη-
ματίζεσθαι; ὦ πονηρὲ, εἶπε, μὴ πειρῶ τὴν κτή-
σιν αὐξάνειν, ἀλλὰ τὴν ἐπιθυμίαν μειῶσαι.*
Neq;

Neque
terro
ei τῶν
quis di
snops.
In
Div
Tr
nes:
Lucat
E
Nam
Nu
Ergo
non t
Ni
Ce
tellig
ubi g
ab ar
quæ v

Neque dissonat illud Socratis: Qui in
interrogatus: πῶς αὖ γένετο τις πλεῖσι;
εἰ τῶν Πλουσιῶν, ἔφη, πένης: *quomodo*
quis dives fieret? si CUPIDINVM, inquit,
inops. Ex oraculo enim Mimus est:

Is minimo eget mortalis, qui minimum

CUPIT.

Et illud Senecæ:

Divitiæ maximæ sunt, NON DESIDERARE
divitias.

Tristia bella) quippe ubi fas versus atq;
nefas: ut noster ait 1. Georg. Verè etiam
Lucanus Pharsal. 4.

Heu miseri, qui bella gerunt! —

Namq;, ut idem in 10. canit:

Nulla fides pietasq; virus qui castra sequuntur: Cum grano
tur. — *salis cape*

Ergo ubi nec fides nec pietas est, quid ibi *hoc bliteum,*
non triste?

Cicero Rhetoric,

Nihil est crudelius, quàm vrbes diruere.

Certamina classis) Naumachias in-
telligit, quas verè funestas vocat: quippe
ubi geminum militi periculum est; unū
ab armis hostium in nauis; alterum ab a-
quæ violentiâ, sub naui. Quippe ubi

Naume-
chias

Tam propè quis letum, quàm propè cernis

equam,

ut ait Ovidius: vel, ut auctor Medea:

Inter vitæ mortuq; vias

Nimum graeci limite ducto

Animam levibus credidit auris.

Pulchrè Iuuenalis Sat. XII.

In me & ventis animam committe, dolere

Confusus ligno, digitus à morte remotus

Quatuor, ut septem, si sit latissima ruda.

Obiter hoc etiam notetur, sanè elegantissimum: *Naumachiam* seu bellum navale à Manilio lib. 1. bellum *pendens* vocari: quod obseruavit Scaliger. Idem in Apotelesmatico:

Navales etiam pugnae, pendencia bella

Attribuunt.

Item in Sphærà Barbaricà:

Adiacosq; sinus inter suspensus utiq;

Orbis.

Græcum est *μετεωριζέω*: quod est pendere, & in alto *σαλεύω*, quando naues tenent altum.

Spolijs templa Deum ornet) Hostium spolijs templa Deorum ornari vetus est mos, & in sacris etiam literis auditus.

Donaria.

Noster Æneid. 6 de Marcell.

Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.

Silius lib. 6:

Vnde

Vnde ire in Martem, quâ capta referre solebas,
Et victor mecum suspendere postibus arma.

Eiusmodi ornamenta & donaria templorum Græci *κἀλλὰ τῶν ἱερῶν*, & *ἀγαθήματα* vocabant. Quanquam *Donarium*, auctore Servio & Macrobio, etiam pro templo & loco sumitur, ubi eadem reponuntur: quasi *Repositorium donorum*: sicut *Sacrarium*, *Pulvinarium* &c quomodo utitur & Virgilius sub finem 3. Georg. 533.

Spolia verò, *Opima* quidem in æde Iovis Feretrii dedicabantur: quod Servius et Festus notant. Quanquam Plato lib. 5. de Leg. in suâ illâ Republ. nolit arma ab hostibus capta Deo in templis dedicari. Porro donis, quæ figebantur, dedicabantur, sacrabantur, *INSCRIPTIONES* addi consueuisse, ostendit Tacitus libr. XV. Ipse eum puionem, inquiens, apud Capitolium sacris vitæ, inscripsitq; *IOVI VINDICI*. Suetonius quoq; in Caligulâ c. 24. eum tres gladios, in necem suam præparatos, *MARTI VLTORI*, addito elogio, consecrâsse scribit. Sic & Solinus refert Iul. Cæsarem *VENERI GENETRICI* Thoracem gemmis Britannicis factum subiectâ inscriptione dedicasse. Huiusmodi autem *Inscriptionum* *solemnia*

Iemnia verba erant. *Donum dedit, donum posuit.* Etiam causa doni dati titulo plerumq; comprehendebatur; uti accuratissimè hæc persecutus est B. Brissonius lib. 1. Formul.

Euectus) id est, superuectus: ut *Euenus*, qui metiendo quid superâvit atque migravit. sic infra v. 120.

Iam medicas operum partes euectus erat Sol. Finem) id est, modum. Alioqui autore Sallustio, *libido habendi infinita & insatiabilis est, nec finem inuenit.*

Boëtius: — *Quenam fræna cupidinem Certo sine retinent?*

*Auiditia
immodesta.*

Seneca Poëta:

Nulla sine comænit opes,

Manilius lib. 4.

— *nullo votorum FINE beatis
Fins itaq; hic modus est.*

Horatius 1. Ser. 1.

— *Sunt certi deniq; fines
Quos vltimâ citraq; nequit consistere rectum.*

Idem 2. Ser. 7.

Nempe

Nempe

*Fi
Est, qu
effranat
Ita*

*Eâden
18. Tra*

*Illu
colitu
Priap*

*ut in
deus*

*Idem
terpre*

Nempe inamarescunt epulae sine FINE petitae.

Idem Epist. lib. . . 2.

Semper avarus eget. certum voto pete F I-

NEM:

Barthius.

Finem habendi non transcendit.)

Est, quod Seneca Philosophus ait, *Spes effrenatas & animum velut sub vinculis habet.*

Ita Seneca consola. ad Helviam:

Luxuria imperij fines transcendit.

Eadem metaphora dixit Horat. 1. Oda

18. *Transilire modum vini:*

*At ne quis modici transiliat munera Libe-
ri, &c.*

Illi falce Deus.) ordo est: Illi Deus colitur politus falce, non arte: nempe Priapus,

——— & pusilla culi

Ruris numina, ———

ut in Phallicis de seipso rusticus ille deus loquitur.

ibidemq;:

Hic me custodem fecundi villicus horti

Mandati curam iussit habere loci.

Idemq; ibidem C. Valerio Catullo interprete:

Ego haec, ego arte fabricata rusticâ,

Ego arida, ó viator, ecce populus

I

Agel.

*S*inistera.

*Agellum hunc sinistra ante quem vides,
Heriq; villulam hortulumq; pauperis
Tuor, malusq; furis ar. eo manūs.*

Falce) Martial lib 6. Epigr. 73. de se:

— *Rudis indoctâ fecit me falce colonus.*

Tibullus lib. 1. eleg. 10.

Stabat in exigua ligneus æde deus.

Non arte politus) auctor Ithyphalli-
corum:

— *me terribilem deum fuste*

Manus sine arte rusticæ dedolaverunt.

Lucus

dictus à luce.

Parce,

qui parcunt.

Colit lucos) Omnis enim *Lucus* res
ligiosus est, & ideo incæduus. Dictus
autem, non, quòd non luceat; sed quia
sacrificiorum frequentiam passim luceat:
uti Isidoro lib. 14. c. 8. disputatum, & à
magno illo Scaligero Poëtices libr. 3. c.
89. vnicè defensum est. Ita *Parca* vulgo
dictæ, quòd nemini parcant. Scaligero
quia pa: cant. Vna enim tantum fi-
lum dicitur incidere: duæ verò, alte-
ra vitam dare, altera vitæ tractum con-
tinuare. A pluribus igitur fit nomi-
natio. Quin illa quoque parcit.
Sustinet enim aliarum opus, quoad
fatorum iussibus pareat. Sed hoc obi-
ter. Redeamus ad *Lucos*. Corn. Tacitus
de

de Ge

La

Et ha

dianu

de lau

Ve

Ve

Ra

Ba

Sed S

Mals

Bene

fecit

imm

Luo

robor

Ma

luisse

Atq

lit h

gob

Qua

de Germanis, maioribus nostris :

*Lucos ac nemora consecrant, deorumq; nomi-
nibus appellant,* Religio vel.
Germania.

Et hanc fatuam religionem etiam Clau-
dianus, Poëta maximus, ijs opprobrat
de laudibus Stilliconis, ib. 1.

*Vt procul Hercyniæ per vasta silentia silvæ
Venari tutò liceat, lucosq; vetustâ
Religione truces, & robora numinis instar
Barbarici, nostræ seriant impunè secures.*

Sed & Lucanus appositè, in obsidione
Malsiliæ :

Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo.

———— *hic barbara ritu*

Sacra deùm, structæ diris altaribus aræ,

Omniq; humanis lustrata cruoribus arbor.

Benè ergò & meritò *Religione truces* eos
fecit Claudianus: quoniam victimæ,
immò & homines, ad arbores has (è
Lucano hauries) immolatae. Ait etiam,
robora numinis instar. Illustrabit Gyrius
Maximus, qui Celtas excelsam quercum co-
luisse ait, & Iovis nomine solemniter appellasse.
Atque adeò posteriori etiam ævo man-
sit hic cultus. Luitprandi regis Lon-
gobardorum (qui Germani) lex est.
Quæ ad arborem, quam rustici Sanctivum vocant,

adoraverit vel incantationes fecerit. componat medietatem pretij sui in sacro palatio. Plura habes apud Lipsium ad Taciti Germaniam.

Panchaica tura) *Panchaia*, Arabiae felicis siue Sabæorum regio, in quâ arbores sponte natæ turis mittunt. Cardanus lib. 8. De Subtilitate, *Turis plantam* abietem dicit esse pusillam, quæ apud Sabæos ob siccitatem cæli, lacrimam hanc mittat. Sed curiosius ista expendit I. cæf. Scaliger De subtilitat. Exercit. 149.

Tur.

Noſter 2. Georg.

Totaq; turiferis Panchaia dives arenis.

Et 4. Georg.

———— *Panchæis adoleſcunt ignibus ara.*

Ovidius 10. Metamorph.

————— *ſit dives amomo,*

Cinnamaq; costumq; ſuam, ſudataque ligno

Tura ferat, floresq; alios Panchaia tellus.

Lucret. lib. 2.

Araq; Panchæos exhalat propter odores.

Arnobius lib. 7.

Panchaicas ardere reſinulas.

Tur

Tus autem sine adspiratione rectius scri-
pseris, auctore Varrone, Servio, Prisci-
ano, Scaligero. Est enim vox Latina, à
tundo.

Floribus variantibus) Ita Petronius:
terram VARIO gramine indutam.

Ouid. 3. Trist.

Prataq; pubescunt VARIORVM flore colorum.

Claudianus lib. 1. in Ruff.

*Hic radiant flores, & prati viva voluptas
Ingenio VARIATA suo* ———

Ita Columella lib. 10. mollissimis ver-
ficulis :

*Iam ver purpureum iam versicoloribus
anni*

*Fætibus alma parens cingi sua tempora
gaudet.*

Iam Phrygiae loti gemmantia lumina pro- *Lotos Phry-*
munt, *gia.*

*Et conniventes oculos viridaria solvunt,
&c.*

Adfunt) Compositum pro sim-
plici, sunt.

Catullus :

I 3

Qualis

*Adest pro
est.*

Qualis adest Thetidis, qualis concordia Pelelei.

Sic & *Inesse* usurpare Valer. Flaccum notat etiam Barthius. Sensus loci est: Rusticus, cui tus pretiosum non suppetat, dijs suis manipulo herbarum & florum facere; & æquè litare, atq, illum, qui - *plena turis acerrâ Fumiget.*

*Tuta pau-
pertas.*

Dulcis requies) Seneca Thyeste:

Nos non timemus, tuta sine telo est domus:

Rebusq, parvis alta præstatur quies.

Etiam illud Senecæ Philosophi in hanc sententiam trahamus:

Ille beatissimus, est & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.

Libera, simplicibus curis) Ita distinctiunculâ hâc unicâ C. Barthius curiosâ curâ liberauit Frid. Tilohrogam, & Isacium Pontanum: quorum ille Sententiam contrariam auctoris menti factam autumat: hic legit, *Liberaq, in simplicibus curis.* Sed non opus erat ingeniosis hominibus fluctûs in simpulo (quod dicunt) excitare. Nihil clarius si post *libera*, interpungas: ut fiat *voluptas & pura, & libera*, vel certè curis simplicibus affinis: uti & nos solemus de talibus; *Ein Mensch von schlechten Sorgen. Quip.*

P. Vi
Quippe, et
agricola
Fanta ruc
ritia ill
poris cur
illi dacti
Hoc in
pore impe
pleni affe
z. minime
pud Sen
iminet v
spector co
alterius;
res,
In prife
legeban
Quam
derer
tus) P
nis:

Quippe, ut apud Valerium Maximum
agricola ait; *unum aut alterum iugum boum*

Facilis tutela est. Simplicis ergo cura pasto-
ritiæ illæ sunt, pecudum scilicet & cor-
poris cura minimè curiosa, adeoque par
illi deæstri Epicuræorum, *ὅς ἔτε αὐτῆς*
πρᾶγμα ἔχει, ἔτε ἄλλοις παρέχει.

*Simplicis
cure.*

Huc imminet) Eò toto quasi cor-
pore impendet aut incumbit. Verbum
pleni affectûs, *Imminere.* Ita *imminere mor-*
ti; imminere tectò præcipiti; imminere regno, a-
pud Senecam Tragicum. Ita *Turtis*
imminet vrbi; vindicta Dei imminet impijs; in-
spektor convis imminet; imminere in fortunas
alterius; & talia apud classicios aucto-
res.

Imminere.

In priscâ Scaligeri membranâ ita hæc
legebantur:

———— *huc mittit, & omnes*

Dirigit huc sensûs —————

Quam Lectionem Scaliger hæc nostrâ
deteriorem non æstimat.

Ita Persius:

Est aliquid, quò tendis, & in quod dirigit
arcum,

Qualibet ut requie, victu conten-
tus) Plinius lib. 18. de veteribus Roma-
nis:

*Frugalitas
veterum Ro-*

I 4

Quies

Quies somnūq; in stramentis erat.
 Iuvenalis Sat. 6. de priscâ illa frugali-
 tate:

*Silvestrem montana torum cum sterneret
 vxor*

*Frondeb; & culmo, vicinarumq; ferarum
 Pellibus ———*

Cum scilicet nemo dum

———— Sarrano dormiūt ostro:

*Vt Poeta loquitur, nec conchyliatis
 Cn. Pompeij peristomatus servorum in cellis lectos
 stratos videres: ut loquitur Cicero.*

*Luxus eoi
 sequioris,*

*Victu contentus) quolibet victu,
 parabili eo & inempto, ut apud Satyri-
 cum est: & quem suus ager ipsi fundit:
 victus nempe, qualem maiorum mores
 suadent, non ad nova exempla compos-
 fitus. Et eum ipsum passim iacentem, ut
 Seneca ait, victum cum habeat, non so-
 lum usui necessario creditur sufficere,
 sed & abundare. Perstringit obliquè lu-
 xum, quo tunc Romani insaniebāt. De
 quo severus ille vitiorū castigatōr Sene-
 ca, Consolatione ad Helviā: Non est necesse,
 inquit, omne perscrutari profundū, nec strage
 ani-*

anim
 maris
 perda
 nes r
 ambi
 this a
 fastidi
 chus v
 Vomur
 quas t
 tur.
 edidiss
 fortun
 (qua
 picū
 gare
 inge
 vel L
 Poru
 cer S
 Vt
 irreq
 sume

animaliū ventrem onerare, nec conchyliis vltimē
 maris ex ignoto litore eruere. Dī istos dea q̄
 perdant, quorum Luxuria tam invidiosi imperij fi-
 nes transcendit. Ultra Phasim capi volunt, quod
 ambitiosam popinam instruat: nec piget à Par-
 this ayes petere. Vndiq̄ convehunt omnia nota
 fastidienti gula. Quod dissolutus delitijs stoma-
 chus vix admittat, ab vltimo portatur Oceano.
 Vomunt, vt edant: edunt vt vomant: & epulas,
 quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignan-
 tur. C. Caesar, quem mihi videtur rerum natura C. Cesaro
 edidisse, ut ostenderet, quid summa vitia in summā Bald 3
 fortunā possent, centies sestertio cœnauit vno die. Sonnen
 (quæ nobis sunt CCL. millia Philip- Goldes.
 picūm: quod Cleopatra in unā mar- Ey friß!
 garetā absumpsit.) Sed de luxuriā &
 ingeniosā Romanorum gulā videatur
 vel Lipsius in Admirandis lib 4. c. 7.
 Porro & illa vetus lectio hic non displi-
 cet Scaligero:

Quolibet vt requies victu contentus abun-
 det.

Vt requies sit requietus, ut alibi irrequies, pro
 irrequietus.

Locet corpora somno) Ingeniosis- Locare corp
 simè: locet somno corpora. pora somno.

Nam quasi locatio conductio est, cum dormitum homo it. Ita Barthius.

Languentia) Labore diurno exhausta & fessa. Pulchrè auctor Hercules furentis de Somno:

Somnus.

— tuq; o dormitor

Somme laborum. requies animi,

Pars humanae melior vita, &c.

Cicero 2. de Nat. Deor. *Perfugium videtur omnium laborum & sollicitudinum esse somnus.*

O pecudes, o Panes.) Suavissimâ digressionem luculentam sententiam de *vita pastoralis μακαρισμῶ* exponit. Neque enim hæc *ιδιῶς* de nostro Pastore, de quo factum est hoc Opusculum sed *γενικῶς* dicuntur, de omni vitam rusticam colenti. Quod cum veteres correctores non intelligerent, & omnia uni huic pastori tribuerent, coacti sunt omnem ordinem pervertere. Quem tamen Scaliger ingeniosissimè ad hanc faciem tandem restituit.

O pecudes) *Pecus* maximè oues significat: ut hoc cum dicimus, neque addimus, *ovis* intelligendæ sint: ut docuimus ad Plautum.

A

A pecu autem descendit adiectivum pecu-
 inu, & pecunius: à quo cum dicimus Pe-
 cuniam, subintelligendum rem, Pecunia
 res ergò pro patrisfamiliâs bonis: quia
 præcipua in fœtu pecoris consistenter,
 accepta fuit. Glossarium: Pecunia,
 χρήματα, ἀπὸ πρῆς κτεινῶν, ut docuit
 Scaliger ad Festū. Veteres etiā, auctores
 Meursio, oves appellarūt opes: atq, hinc de
 ductæ Opicerda (Stercus ovium; ut Mucerdæ,
 murium; Bucerdæ, bouum, Suerdæ, Suum) i-
 tem Opilio, & in Nominibus proprijs O-
 pitius. Deinde verò, quia in multitudine
 pecorum, maxime ovium, antiqui illi
 diuitias & censū collocabant, ex eo Opes
 didicæ diuitiæ: mansitq; ea significatio
 hætenus in usu, alterâ istâ exoletâ. Atq;
 hac quidem in re Græcos imitati sunt,
 apud quos similiter πολύμηλα sunt
 res. Iam πολύμηλα ad verbum nihil
 aliud est, quàm Opulentia, quæ tamen no-
 tio eodem modo exoleuit, illâ posteri-
 ore etiamnum remanente.

Hinc Pecunia res.

Opes quæ Oves.

Opilio:

Opicerda: sicut muscerda, verber pfeffer vel quod idem est Mens ior ber Opulentus.

O Panes) PAN montium & silvarum
 deus habetur, & Tutela: e numen pa-
 storum. Pan, maximus Arcadiæ deus.
 Pan Symbolum Naturæ & Univerfi: unde
 & nomen inuenit, & ab Arcadibus

ὁ τῆς ὕλης κύριος appellatus. Pan etiam pro Sole sumitur, & explicatur Imago eiusdem, à Macrobio, Saturnal. lib. I. c. 22. Luculentis itidem versibus Sillij Italici, lib. XIII. Pan describitur, quos adtexam:

Vnde Βα.
Βάκτης
Græcis.

— pendentis similis Pan semper, & uno
Vix ulla inscribens terræ vestigia cornu. (id
est, capripede plantâ, ut mox)
Dextera lasciuit * cæsâ Tegeatide caprâ,
Verbera læta movens festâ per compita caudâ:
Cingit acuta iomas & opacat tempora pinus.
Ac parva erumpunt rubicundâ tempora fronte:
Stant aures, summog, cadit barba hispida mēto:
Pastorale d' o baculum pellisq, sinistrum
Velat grata latus teneræ de corpore damæ.
Nulla in præruptum tam prona & inhospita
cautes,

In quâ non librans corpus, similisq, volanti
Cornipedem tulerit præcisa per avia plantam,
Interdum inflexus, medio nascentia tergo
Respicit arridens hirtæ ludibria caudæ & c
Atq; ista quidem velocitas cursûs, motum
mundi celerrimum innuit. Cornua
habet: ut radios Solis & cornua Lunæ ad
similet. Rubet facies: ad imitationem æthe
ris. Promissa barba duo superiora elemen
ta, id est, aërem atq; ignem vim mascu
lam

H
phæ
& per
quali
dit. c
inde
dus
verò
habit
cu ab
S
M
para
cum
colit:
perti
in fa
gent
page
Pas
calan
ad v
& n
busd

Hamadryadum) Hamadryades, Nym- *Hamadryades*
 phæ quæ cum arboribus & nascuntur
 & pereunt: *ἄπο τῆς ἀμυγδαλῆς τῆς δρυὸς.*
 qualis fuit illa, quam Erisichthon occi-
 dit. qui cum arborem incideret, & vox
 inde erupit & sanguis: ut docet Ovi-
 dius lib 8. Metamorph. Fab. 13. Dryades
 verò sunt, quæ inter arbores in siluis
 habitant: ut ibid. Ovidius de hâc quer-
 cu ab Erisichthone violatâ:

*Sapè sub hâc Dryades festas duxere chorèas,
 Non diuite cultu) facili, obuiò &
 parabili.*

Cultu) hinc, colere vitam apud Comi-
 cum. Et ibidem præco per vocem vivit &
 colit: ubi illud ad victam, hoc ad cultum
 pertinet.

Ascræo Poëtæ) id est, Hesiodo, qui *Hesiodus.*
 in familiâ pastorum, & quasi maiorum *Pastor &*
 gentium pastor. Ab Ascrâ Bæotix siue *Poeta;*
 pago siue opido. Ovidius 4. de Ponto.

Intumuit Vari nec tamen ASCRA suo.
 Pascentem pecus dicuntur Musæ dono
 calamorum Poëtam fecisse: & senem
 ad vigorem pueritiæ revocasse: de quo
 & noster obscure in Sileno: ut qui-
 busdam placere video.

Ipse

Ipse adeò Hesiodus in Theogoniâ ait se
Poëtam factum, cum pasceret oues in
Helicone:

Αἶνυ ποθ' ἠσίοθον καλήν ἐδίδαξαν αἰοι-
δὴν,

Ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἐλικῶν ἔπει-
ζαθέοιο.

Plura diximus suprâ, ad vers. XV.

Securam placido) Noster etiam s.
Georg de beato agricolâ suo :

At securâ quies illi ———

Etiam Libanius agricolas ait esse
ἐὸν ῥῶ τῶν ἀπ' ἐκκλησίας θορύβων *procul*
à tumultibus concionum. Seneca in Hercule
Otaeo :

Pectora pauper SECVRA gerit.

Nobile exemplum est felicitatis huius
rusticæ apud Val. Maximum lib. 7. c. 1.
Cum Gyges regno Lydiæ armis & divitijs abundan-
tissimo inflatus, Apellinem Pythium sciscitatum ve-
nisset, an aliquis mortalium se esset felicior. Deus
ex abdito sacrarij specu voce r. isâ, Aglaum Sophi-
dium ei prætulit. Is erat Arcadium pauperimus,
sed ætate iam senior: terminos agelli sui nunquam
excesserat, parvuli ruti fructibus contentus. Ve-
rum profeclo *BEATÆ VITÆ* finem Apollo,
non adumbratum, Otaculi sagacitate complexus
est. Quocirca insolenter fortunæ suæ fulgore glo-
tianti

stante
magnum
AVLAI
pinguis
aut alter
erunt
vultum
ma ppeti
& cupidit
pulato em
piscit, ubi
dicit.
D
profes
aris hie
terato,
imoi me
yapryic
dri wlo
as exco
griculcu
concedit
fi. it.
Bac
lus in u
ntior;
pellat p

stanti respondit, magis se probare securitate videns
 iugurium quam tristem curis & sollicitudinibus
 AVLAM: paucaq; glebas pavonis ex parte, quas
 pinguis in Lydia arva meum referta: & unum
 aut alterum iugum bouum facilis tutela, quam ex-
 ercitus & arma, & equitatum voracibus impensis
 onerosum: & usus necessarii horreolum nulli ni-
 mis appetendum, quam thesauros omnium insidijs
 & cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum adsti-
 pulatoem vanæ opinionis Deum habere concu-
 piscit, vbinam solida & SECVRA esset felicitas, di-
 dicit.

Dulcibus studijs.) scilicet rusticæ
 professionis; & qualia ἐπιτηδεύματα & ἄρ-
 artes hinc recensuit. Ita Musonius de lit-
 terato, ut sic dicam, rustico, apud Stobæum:
 ἐμοὶ μὲν δὴ καὶ ἄριστον τὸ πᾶν τῶν ἐν
 γεωργίας ἔργων. ὅτι τῇ ψυχῇ παρέχει χο-
 λὴν πλείονα ἀγωνοῦσθαι τε καὶ ζητᾶν παιδεί-
 ας ἐχόμενον. Mihi sanè inter omnia opera a-
 griculturnæ illud gratum, quod otij multum ingenio
 concedit, ac meditari aliquid de disciplinis incumben-
 tis.

Baculo) Nempe pastorali Voce bu-
 lus in universâ suâ poëti noster alibi non
 titur; sed in Bucolicis suo nomine ap-
 pellat pedum: cuius extremâ curvitate

Baculus Vir-
 gil. alibi

nequam di-
 xit.

Pedum opti-
 lionum.

K

pecu-

*Pedum Epi-
scoporum:
quod D.
Bernhardus
pingit.*

pecudum pedes attinentur, si qua sunt
segreges. Episcopi & Pastores gregis
Christiani hanc imaginem secuti, et-
iam *pedum*, Symbolum officij sui, ge-
runt: sed pleriq; eo non pedem retra-
hunt oviculæ errantis, sed *marispium*, ut
comicus ait, *pregnantem*. Cur enim non
fidem habeam *meo Bernharo*, aut, qui
Bernhardi, Optio? *Quem dabis mihi de nu-
mero Episcoporum, qui non plus invigilet subdito-
rum evacuandis marispiis, quam vitis exstirpan-
dis?* Sermone ad Clerum in Concilio
Rhemensi. Veteres etiam *agolum* dixe-
re, quod pecudes eo agantur.

*Apricus.
Africa.*

Apricas curas.) *Apricum* est à sole a-
pertum à Græco $\phi\rho\iota\kappa\eta\varsigma$, quasi $\alpha\phi\epsilon\rho\iota\kappa\eta\varsigma$,
sine horrore frigoris: unde & *Africa* putatur
dicta: autore *Feste*, antiquitatis scientif-
simo & diligentissimo. Horat. in Arte,
de adolescentis licentiâ:

— *custode remoto*

*Aprici se-
nes: Passi
senes,
 $\phi\alpha\lambda\lambda\iota\kappa\alpha\iota$
 $\alpha\sigma\mu\alpha\tau\alpha\varsigma$
sunt Priape-
ia: quæ &
Ithyphallica*

Gaudet equis canibusq;, & aprici gramine campi

Hinc & *aprici senes* apud Persium Sati-
râ V. quos Lucillius *passos senes* dixit,
teste Scaligero: quomodo Græci homi-
nem exlucum, $\alpha\sigma\alpha\gamma\iota\delta\alpha$ vocant: quî
Auctori Pfalllicorum est *Vvis aridior*.
VVonsensibus meis *Ein verhutzelt*
Mäule,

nostra

P.
—
Apric
Nam
lima &
Senect.
gyrico
Temp
Mulo
Mats
Ingenic
tis: qua
ferè su
Varro
suorum
Græcor
me
phorum
fentes v
tales se
dum a
L
Qui e
tur, cur
dum la
mo effu
eventu
ste, & c

nostra ut Floralia possint

Aprici meminisse senes

Nam *apricatio* senili ætati conuenientissima & gratissima, ut tangit Cicero de Senect. Aufonius in politissimo panegyrico Mosellæ:

Tempus erit, cum me studijs ignobilis oij

Mulcentem curas, SENIq; APRICA fovens
tem

Materie commendet honos

Ingeniosè etiam noster dixit *curas apricas*: quasi *curas incuriosas* dixeris: quales ferè sunt eorum, qui in Sole *apricantur*, ut Varro loquitur, & de nugis curialium suorum in circulis garrunt. Vnde Græcorum proverbium, *μεσημεριωνος λογι*, *Logi meridiani*, *meridiani logi & garritus*, apud Nicephorum Gregoram. Mei Schirredorfenses vocant *Sonnenmâula*. Et hic tales se intelligere curas, noster innuit, dum addit:

Lætus agit

Qui enim *severa fronte*, ut Plautus loquitur, *curas cogitat*, vix gaudere potest, ne dum *letari*. Nam *lætus* is est, qui animo effuse elato ob rerum expetitarum eventum exultat. *Gaudet* is, qui modeste, & constanter se effert.

K 2

Ideo

Ideo Seneca philosophus dixit, *Lætitiam cadere in quemlibet: Gaudium verò tantum in sapientem.* Lætus igitur curâ quoddam veluti *ὄψυχοσπον* est, quale illud Ausonij:

Et gravitas comis, lætaq; serietas.

Et tali schemate *Hilaris Cato* etiam dici meruit.

Arte canorâ.) Id est, benè sonanti, quomodo *Servius* explicat *canoras fides* in *Citharâ Orphei*, *Æneid. VI.*

*Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Threiciâ fretus citharâ fidibusq; CANO-*
RIS.

Et de eâdem *Lyra Orphei* *Horat.* lib. 1. *Od. 12.*

Novit auritas fidibus CANORIS

Ducere querçus.

Et *versus CANOROS* idem dixit pari laude 2. *Epist. 2.* Ita noster. *VII. Æneid.*

———— *Et Cygni longa canoros*
Dant per colla modos —————

Cygni utrû canant. Vbi *Interpres* addit de *sententia Plinij*, *Cygnos* ideò *suavius canere*, quia *colla longa & inflexa habent: & necess: sit, eluctante voce per longum & flexu um varias reddere modulationes.* Sed quicquid *magnus hic Naturæ Consultus & mystes Plinius*, atq; alij

P.
alij etia
cent: eg
cem) m
seo, & f
mentu
saculo
nim vel
qui a pu
magn
unquar
quider
Creda
tura il
Phæd
ti nur
milu
gere &
rudem
locus.

nihil
& gr
funt:
eratis
theat
ut ali
(Die

alij etiam de cygneâ cantione prædicent: ego (ut verbis Agellij me explicem) *mera mortuariâ Poëtarum glossaria censeo, & seculis gerris variora.* Quod deliramentum, credo, experientia omnium sæculorum abunde refutavit. Quis enim vel nostrâ tempestate, eorum etiâ, qui à pueris ad extremum usq; senium magnos greges auerunt, canere cygnû unquam audiuit? Nisi dicamus, olim quidem cecinisse, nunc autem desisse. Credam ego, si argumentis viceris, *Natura illud ædecus* (sic Asinum appellat Phædrus) in Arcâ No hæ, non etiam uti nunc solet, siue *oncass*, siue *rudiss*: aut miluum, patrum demum memoriâ, *iugere & γιγγαίειν* cepisse; *iugius* antea rudem. Hic quidem extremus Poëtæ locus.

negatur.

Nature deædecus, asinus Asi oncat:

————— *Et cygni longa canoros*
Dant per colla modos —————

nihil opinioni eorum patrociniatur. Nã & grus & anser hos modos dare possunt: & *Comicus* meus, cui laus proprietatis debetur, prohibet mulieres in *Supellex* *theatro CANORA* *sua voce tinere*, hoc est, *liebris*. ut alibi loquitur, *parcere mul ebrî supellectili* (*Die Klapper Mühle inhalten*) Sic

K 3 ergò

ergò eâdem operâ possis & jurgantis
& tinnientis mulieris vocem canoram
appellare *Cygneam cantionem* Quam qui-
dem Socrates aliquis, & patientiam
professus, occentari sibi patiatur: mihi
non placet ista cantio.

Compactâ arundine.) Signatè dicit
compactâ arundine. Nam veteres, ut I. C.
Scaliger notat, utebâtur musico instru-
mento, quod Græci à sibilo, *σύριγγα*, La-
tini ab hiatu, *fistulam* nominant. materia
ARVNDINACEA, aut à cicutis petita.
Singulares primum tubuli; mox bini
cohærentes lino (aut etiam fetis) & ce-
râ. Postremò ad septenos usq; : magni-
tudine omnes inter se impares, sed pro-
portione certâ ad *alæ figuram*. In sum-
mo, qua inflabantur, æquales: inæqua-
les, qua exit spiritus. Descripsit & ma-
teriam & modum & numerum Noster
Eclogâ 2.

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula* —————

Dispar enim hic non ad numerum; nu-
merum enim designat proximâ voce,
septem: sed ad quantitatem refertur con-
tinuam. Materia autem declaratur à ci-
cutâ. Quæ nunc *Organa* vocant, priscam
illam

*Syrinx.
fistula.*

P.
illam S.
disparit
xit Til
Metam
Fistula
Nas
vcliv
Fistula
Habeba
num su
septem
mina r
leritat
Hinc
Et (6
Vnde
clogâ 2
unde n
Pan
Inst
Cujus
Tuyri d
arund
runt.
compact
Cæsar.
cap. 22

illam Syringa referunt. Illam autem
disparitatis declivitatem eleganter pin-
xit Tibullus libr. 2. el. 5. & Ovidius 8.
Metamorph.

Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo:

Nam calamus cerâ iungitur usq; minor.

Ut clivo crevisse putes. sic rustica quondam

Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

Habebat autem unaquæq; cicuta so-
num suum ab aliis discrepantem: ita ut
septem calami, septem vocum discri-
mina redderent. Eas labris summâ ce-
leritate percurrentes cantûs dabant.
Hinc Lucret. lib. 5.

Et supra calamos unico percurrere labro.

*Terere label-
lum.*

Vnde & *terere labellum* noster dixit E-
clogâ 2. Inventor hujus fistulæ Pan fuit *Supra v. 92*
unde noster ibid.

Pan primis calamos cerâ coniungere plures

Instituunt —————

Cujus comites congeneres Satyri: qui &
Tityri dicebantur: idcirco quæ canerent,
arundinē etiâ Tityrinum Dores nomina-
runt. Vnde liquet, cur noster hoc loco
compactam arundinem dixerit. Vide & I.
Cæsar. Bulengerum de Theatro libr. 2.
cap. 22.

Soli-

Solid. gaudium:
Solitus dies.

Solidum carmen) *solidum carmen*, id est, nullâ ægritudine cõtaminatũ nullis supervenientibus curis interpellatũ: ut Scaliger interpretatur. Ita *Gaudium solidum* apud Terent. Andr. 4. 1. autore Donato, plenum est & integrum, nec ullâ tristitia interruptum. Ita *solitus dies* apud Horat. Oda 1. *dies est integer*, ut appellat lib 4. od. 5. Ergò ibi

Partem demere de die solido.

—— *Partem solido demere de die,* est meridiari, hoc est, ipso meridie unã aut alteram horam dormire & ita *injuriã quiete diem veluti diffindere.*

Passales oves.

Passim) *Zin vnd Wider.* Hinc *passales oves*, quod passim pascantur, *εικ μοι.* Vide Scaligerum ad Festum & Varronem. Ita exercitus *passim* verfacit, apud Æl. sempronium, auctore Festo: cui opponitur *pilatim*. ut *pilatim* verfacere: & *pilatim* exercitum ducere, id est, stricim & dense. De quo accuratissime Ios Iustus Scaliger ad Festum.

Passim.
Pilatim.

Cubere capelæ) *Vetus P.* apud Eiphium in Peruigilio Veneris:

Ecce iam super genistas expluant agnilarum.

Vbi

Vbi fig
uam
mitu
H
quam
neid.
Cicero
na sepe
Salu
id est
Nocte
manu
F
E
H
Moll

Vbi significantissime decubitus ille o-
uium in latus quasi apricantium expri-
mitur. *Explicant agni latus.* *superare.*

His superet) Ita Scaliger mavult,
quam *superare* pro *superesse*. Ita *E-*
neid. 3.

———— *superatne, & ves: ut aurâ?*

Cicero. *Domus tibi d. erat? at habebas* *Petu-*
nia superabat? at *egebas*. Claudianus lib. 1.

———— *Quid enim servum mollemq; pu-*
debit?

Aut quid in hoc vultu poterit superare turbo-
rum?

Sallustius Bello Catil. *Illis divitias superat:*
id est, abundare.

Gelidis manans è fontibus unda)
Noster Ecloga 1. de eodem rustici
mandapitua:

Fortunate senex, hinc inter flumina nota
Et fontes sacros frigus captabis opacum.

Aquarum
voluptas.

Idem in Gallo:

Hinc gelidi fontes, hinc mollia prata

Mollissima sunt & illa Horatij:

K. S.

Labur

*Labuntur altis interim ripis aquæ;
 Queruntur in silvis aves;
 Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus?
 Somnos quod invitet leves.
 Leuibus riuus sonat)* Idem Horatius
 Epod. XVI.

——— montibus altis
Levis crepante lymphæ desilit pede.

Sonum hunc Catullus vocat *prociduum*
cachinnum. Attius Poëta vetus hunc ca-
 chinnum ἐπὶ ὑποτύτωρα, & singulis quasi
 verbis auribus Poëticis inculcat. Sunt
 autem versus Anapæstici:

*Ac vbi curvo litore latrans
 Vnda sub vndis labunda sonit
 Simul & circum magni sonantibus
 Excita saxis seva sonando
 Crepitu clangente cachinnat.*

Petronius Arbiter: quos versus & su-
 præ laudauimus:

*Has (arbores) inter ludebat aquis erranti-
 bus amnis*

*Spumeus & QUERVULO VEXABAT
 rore LAPILLOS.*

Hinc hinc) Poëta illustris.

*Hinc fringultu acanthus hinc acredula
 QUESTVS*

Ingeminat ———

Mar.

Martial
 Num

Inde

Petroni

Atq; v

Et mo

Gen

Scalig

Qu

pha)

stoph.

est, n

non-ir

ruli au

solent

de &

Et tur

querul

Cicer

V

Q

J

Martial lib. 9. epigr. 55.

Nunc sturnos inopes fringuillarumq; QV. Ea

RELAS

Audit, & arguto passere vernat ager.

Inde salutat us pica respondet arator :

Hinc propè summa rapax miluus in a-
stra volat.

Petronius :

————— Silvester aëdon

Aiq; vrbana Progne quæ circum gramina fasce

Et molles violas, canu sua rura colebant.

Geminas auras) ἀμφιδύμους ἀκοὰς.

Scaliger.

Quæ corpora limo nantia fouet lympha) *Rane limi*

pha) Nam λιμνοῦ καὶ κρηνῶν τέχνα Ari filia.

stoph. Ranarum enim descriptio hîc

est, non piscium, ut vult interpres

non-interpres, Quippe pisces nec que-

ruli aut vocales sunt, nec in limo natare

solent: quod utrumq; ranarum est. Vn-

de & palustres Horatio dictæ, i Satirâ V.

————— mali culices, ranæq; PALVSTRES

Avertunt somnos —————

Et turpes, Epod. V. Eas autem appellat

querulas: Mart libr. 1. epigr. 92. garrulæ.

Cicero de ijs ex Aratæis.

Vos quoq; siona videtis: aqua dulcis alumna,

Quum clamore parati inanes fundere voces.

Absurdæq; sono fontes & stagna cietis.

Home-

Homerus πολύφημον καὶ πολύφωνον
 ranam appellat. Vnde & nostro 3.
 Georg. *rana loquaces* Quo colore & Cice-
 ro ad Atticum lib. XV. Epist. 16. *Equidem*
eiam pluvias metuo si prognostica nostra vera sunt
Rana enim ζητορευσιν. Plutarchus de
 solertiâ animalium. Ἄλλως δὲ Βαίτρα-
 χοὶ λαμπρύνουσι τὴν φωνὴν ὑετὸν προσδε-
 χόμενοι, καὶ τὸ σημεῖον ἐν τοῖς βεβαιοτά-
 τοις ἐστίν. *Aliàs autem rana vocem edunt cla-*
rißimam pluviam imminente, idq; signum unum est è
certissimis. Sed notetur & aves dici que-
 rulae: & questum & querelas læpe ijs da-
 ri: ut liquet exemplis, quæ modo alle-
 gauimus. Sed noster *Ranas* ideò forte
querulas hic appellat, ut alludat ad meta-
 morphosin earum: quam tangit noster
 1. Georg.

Aves que-
 rulae.

ΒΙΨΕΤΕΡΕΜ *in limo ranae cecir. èτε QVE-*
 RELAM.

Plenius descripsit Ovidius lib. 6. Fab 4.
 Latono Apollinis & Dianæ genitrix à
 puerperio iitens lacum petit, à quo cū
 Lycij rustici eam prohiberent, à lone in
 ranas transformati sunt: quæ

quæ

— nunc quoq; turpes
 Litibus exerient linguas, pulsaq; pudore
 Quamvis sint sub aquâ, sub aquâ maledicere
 tentant.

Vox quoque iam rauca est: inflataque colla
 tumescunt

Ipsaque dilatant patulos CONVICTA rictus
 Et.

Ergo querelas Noster nominat, quæ
 Naso hic turpes lites & convitia. Et habi-
 tum quidem ranarum Aristophanicum
 illud suum Βρεκεκὲ ἕκαστ' ἑκάστ' βοδύτων
 quem Ovidius hic coloribus Poëticis
 pinxit, accuratè suis etiam Plinius: Tunc
 extenti buccarum sinus pellucunt: oculi flagrant
 LABORE percussi Et. Last mir aber
 gleichwol dieses für eine Cantorey
 passirn: Auf der einen seiten Vögel/
 Auf der andern Frösch. Der Mist-
 hämel aber mitten inne.

Laborares
 de ranis cos
 xantibus.

Sonus alum-
 nus Echûs

Sonitus alit aëris echo) Ingeniosè
 quasi sonus sit alumnus Echûs, & ab hâc
 nutriretur & porro propagaretur. Ho-
 ratio 1. Od. 20. locosa montis imago dicitur
 lib 3. Oda 23. clamor montium. Persius Sati-
 ra I.

REPA.

Echo, verbi
cauda.

REPARABILIS adsonat Echo.
Euodius lib. 4 Anthologiae appellat
ἠχώ μιμολόγον, Φωνῆς τρύχου, ῥήματα ἔ-
ρην. ECHO imitricem sermonis, vocis facem,
verbi caudam. Elegantissimum epigram-
ma est apud Ausoniam, quo sic

ECHO AD PICTOREM:

VANE, quid affectas faciem mihi ponere, Pictor,

Ignoramus, oculis sollicitare deam?

Aëris & Linguae sum filia, mater inanis

Indicij, vocem quae sine mente gero.

Extremos pereunte modos à fine reducens

Ludificata sequor verba aliena meus.

Auribus in vestris habito penetrabilis Echo:

Et si vis similem pingere, pinge SONUM.

De eadem Ouid. 3 Metamorph. Fab 8.

VOCALIS Nymphe: quae nec retinere loquentis

Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo.

Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen

usum

Garrula non alium, quam nunc habet, oris ha-
bebat,

Reddere de multis ut verba NOVISSIMA
posset.

Nam & secundum Aristotelem

ἠχώ est ἀφή φωνῆς τῆς νεώτης ληγέσης.

Arist.

Ar
hos dici,
tur: ut
dem ab
Cato in
vius au
ly cum ta
C. D. A.
lib. 10. T
sonora,
Calpur
uit. Ar
tur: At
Scuto,

Fundit
καταφω
Ibidem
cā: & a
σικω χ
dat τιν
dore. Id
sed &
Artemi
gnifica
omnia a
vium de l

Argutis cicadis) Probus ait, *Argu-Arguti*,
 eos dici, qui celeriter & multum loquan-
 tur: ut *hirundo arguta*. Et hinc *Argutus* ei-
 dem ab ἀργός id est, *eler* deducitur. Val.
 Cato in *Diris*, *argutum grillum* dixit. No-
 vius auctor vetus: *Quando ad ludos venit, a Cicado,*
ly cum tacent, totum diem argutatur, quasi CI-
CADA. Et Apuleius de *Afino aureo*,
 lib. 10. *Timinnabula perarguta* dixit, quasi *Arguta*
 sonora, obstrepera & vocalia. Cicadas &
 Calpurnius *Ecloga V.* *argutas* indigita- *Musice.*
 vit. Aristoteli & Platoni ἀδην dicun-
 tur: Athenæo λαλῶν. Ita Hesiodus in
 Scuto,

— χίει ἀυδῆν,

Fundit vocem. Nazianzenus *Orat. 34.*
κατὰ φωνῶσι τὰ ἄλλα implent remora vocibus.
 Ibidem *μυσσργῶντες* vocantur, à *Musis*
câ: & ab Aristenæto statuuntur ἐν *μυ-*
σικῶ χόρω. Idem Nazianzenus cicadis
 dat τὴν Ἰθι σήθας μαγάδα, *lyram sub pe-*
ctore. Idem illis non solum dat ἄσματες,
 sed & *τερετίσματα*, *molliem in cantilenâ.*
 Artemidorus lib. 3. cap. 49. Cicadis si-
 gnificari ait viros *μυσικῆς.* Quæ o-
 mnia ambitiosius persecutus est I. Ludov.
vicius de la Cerda.

Culta)

Culta.

Culta) *Cultum* absolute, ager cultus
 Unde toties apud Nostrum pin-
 gna *culta*: *flav-nia-culta*.

Fremere

Fremunt) *Fre-ere* est emittere sonū
 varium & turbulentum: qualis in con-
 fusa turba, aut in mari ventis turbato
 auditur.

Ardore) id est, æstate Lucretius
 lib. 4.

Cum veteres ponunt *tunicas ÆSTATE*
cicada.

Mart. lib. 10. Epigrammate 58.

Meridies
ardens.

Et quod in *humane CANCRO EERVEN-*
TIBICADA &c.

Vel dic potius, *ardore*, id est, in meridie.
 Sol enim tunc ardentissimus. Grego-
 rius Nazianzenus contra Iulianum O-
 rat 1. *μεσης ἡμέρας ἤλιος τὸ φλεγῶδες*
ἐκλάμπει &c. *Die Mediâ ARDEN-*
TISSIMO Sole lucente. Certè hac nota &
 Noster 2. Bucolico Meridiem signat:

Sole sub ARDENTI resonant arbusta ci-
cades.

Cicada meri-
diana.

Unde & à Theocrito Idyll. 16. *cicada* vo-
 catur *ἡμερησία*, *Meridiana*. Nazianze-
 nus Orat. 34 de cicadis ait: *τῶ μεσημ-*
βιαῖ μεσηρησῆτες. Athenæo *Γαυκίης*
 nomi-

nomi
 καλῶν
 παλει
 बुद्धा
 ताम
 MERIL
 बुद्ध
 etiam
 Inde
 Et ca
 Si ergo
 videri
 Helio
 ἡμερο
 καίτε
 ἰδιον
 Quando
 Etiam
 Calore
 Sed v
 Lud
 in tri
 in pa
 non
 & Mo
 quib
 3. Se

nomīnatur πῆλιξ, lib. 6. μεσημβρίας
 λαλῆν, πῆλιξ: *meridie loqui, cicada.* A-
 pulejus lib. 2. Floridorum: *Natura qui-*
busdam avibus brevem & temporarium cantum
commodavit: hirundinibus matutinum, CICADIS
MERIDIANVM, nocturnis serum, u' u'is vespertinū,
bubonibus nocturnum, gallis antelucanum, Clare
etiam noster 3. Georgicōp:

Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora,

Et cantu quetula rumpunt arbuta cicadae.

Si ergo meridie tantum canunt cicadae:
 viderint interpretes quid illo faciant
 Hesiodi in Scuto:

ἤμος δὲ χλοερῶ κυανόπτερος ἢ χέτα πῆλιξ
 καί τε πανημέριός τε, καὶ ἡὼς χέει αὐδὴν,
 ἴδαι ἐν αἰνοπαίτῳ, ἐπί τε χρεῖα σείει ἀΐδι.

*Quando autem viridi nigricans alu sonora cicada
 Etiam toto die, & ab aurora fundit cantilenam,
 Calore in gravissimo, quando corpus Sirius siccatur.*

Sed vide mihi industriosissimum Ioh.
 Ludovicum de la Cerda. Verum & hoc
 in transitu notetur: Cicadas venisse olim *Cicada esule*
 in pauperum mensas, & esitatas fuisse, *& locustae.*
 non minus, quam locustas. Cujusmodi
 & Moses Pharaoni obduxit, Exod. 10, &
 quibus Iohannes Baptista vescebatur, Matt.
 3. Sed de locustis non mirum: neque

L quis

quisquã dubitat, eas esui fuisse. De cicadâ fides obscurior est: nec minus tamen certa. Immò cicadas nō solum esitatas; sed &, quod miremur, provocandi appetitûs gratiâ, auctor est Athenæus lib. 4. Ἡδίων, αἰτ, καὶ τέρψινος καὶ κέρνωτος εἰνασομώσεως χάριν. Hinc illa Æliani gravis indignatio contra sui sæculi homines, qui musicum animalculum in cibi etiam vertere non vererentur: Ego verò quosdam vidi, qui cicadas in lineam digere-
rent, & ad cœnam venderent; nec de suis, qui illis, & avidè quidem vesceretur. Istud enim, ô cicada, omnivorum animal ne vobis quidem parcat, sed etiam de vobis salsamenta conficere homines sustinent: invitis Musis Iovis filibus hoc se facere ignorantes: interprete Casaubono, Animadversionibus in Athen. lib. 2. cap. 14.

Excelsis suprâ dumis.) Dumeto aut senticeto supra fontem celsius eminente, cuius folia & flagella ventis debeant ludibrium, ut loquitur Horatius. Noster Eclogâ 1. de capellis simili pænè affectu:

*Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosâ pendere procul de rupe videbo.*

AN dicemus, Poëtam nostrum obiter innuisse, quod D. Magnus Ausonius, in politissimo & cãdidiss. Panegyrico Mosellæ, divinâ phantasiâ pingit?

*illa fruenda palam species. quum glaucus opaco
 Respondet colli fluvius. frondere videntur
 Fluminei lacus, & palmire confusus amnis.
 Quis coler ille vadis, seras quum protulit umbras
 Hesperu, & viridi perfundit monte Mosellam?
 Tota natant et spis iuga motibus: & tremunt ab- **Acutissima.**
 sens*

*Pampinus, & vitreis vindemia turget in undis.
 Adnumerat virides derisus navita vites:
 Navita caudiceo fluitans super æquora lembo.
 Per medium quæ sese amni confusa dicit imago,
 Callis & umbrarum conspina conserit amnis.*

Possit.) In Contiano libro erat,
ποσιτ, id est, *περιπατα*: interprete Sca-
 ligero.

Confundere.) Elegantissimè dixit,
confundere. Et videor mihi quasi oculis
 intueri, quomodo fluitans illa auræ re-
 ciprocatio foia dumorum confundat.

Lentus.) Pro tempore vacuus & o. **Lentus** &
 tiosus. Nulli enim minùs licet esse len- **gricola.**
 to, quàm rustico. *Æneid. 12.*

— *lenti consedimus arvis.*

Ita *Boculic 1.*

— *tu Tityre lentus in umbrâ &c.*

Concipit mitem soporem.) *Claudianus*
lib. 1. in Ruffinum:

L 2

hic

— hic mollis panditur herba

Sollicitum curis non abruptura soporem.

Projectus.) Fridericus Lindenbruch legit, porrectus. Plautus Pseudol. Scen. 1.

Eccam in tabellis porrectam in cerâ cubat.

Tendit ut euectus.) Notatio meridiæ,

Hyperion.

Cum sol ex æquo merâ distaret utraq; ut versu dicam Ovidii. Ordo est: Cum ardor Hyperionis in altissimum coelû erectus tendit radios, &c. Hyperion Saturni frater, & Solis pater: proq; ipso Sole frequenter sumitur, apud Homerû imprimis. Ita Cicero in prognostic.

Vt cum Luna means Hyperionis offit orbi.

Ovidius in 3. Metamorph. Fab. 8.

Iamq; duas lucis partes Hyperione meo, &c.

Ita Hyperiona pro sole usurpavit Labeius Poëta in Mîmo, quem inscripsit RECTOREM. Qui versus cum digni sint, ut hic etiam legantur (graphicè enim factos Agellius etiam testatur lib. 10. c. 17.) quid nî transcribamus?

DEMOCRITVS Abderites, Physicus Philosophus

Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,

Oculos effodere ut poss. i splendore ær. o.

Ita radius Solis ac em efficit luminis;

Alia

Malis bene esse ne videret civibus.

Sic ego splendore fulgentis pecunie

Volvo elucidicare & exitum ætatis mee,

Ne in re bonâ videam esse nequam filium.

Ponit discrimina mundo.) Certat cum

hoc Phænice Statius Thebaid. 5.

Sol operum medius summo LIBRABAT

Olympo

LVCENTES, ceu staret, equos —

Similiter Lucanus lib. 9. v. 531.

———— cum cardine summo

Stat librata dies

Nec minus Naso Metamorph. 9.

———— medio cum Sol altissimus orbe

Tantum respiceret, quantum superesse videret.

Æthereo mundo.) Mundus æthereus cœ-

lum dicitur etiam Tibullo & Senecæ;

ut docuit pullus ille Musarum l. Douza

F. Ita Noster l. Georgic.

———— ves o clarissima mundi

Lumina, id est, cœli.

Ita apud Lucretium lib. 5.

———— magni mœnia mundi: id est, cœlum:

ut explicat Turnebus lib. 8. cap. 6. Ad-

versariorum. Idem lib. 2.

———— reieclant voces ad sidera mundi,

id est, ad cœlum.

Ita Ciceroni Mundus lucens, cœlum est, Mundus lud

L 3

κόσμος cens.

Dives esca

siam filii

plorans.

& id est, me

scnem oculis

& luce privare.

vare.

Notationes

meridiei.

Mundus,

id est cœli.

κόσμος. Immo *Mundus* pro *cælo* ferè
semper Arnobio sumitur. Macrobi. ad
Som. Scip. lib. 1. c. 20. Non solum terram,
sed ipsum quoque *cælum*, quod verè *Mundus* voca-
tur, temperari à Sole certissimum est. Unde &
mundanus dicitur: quia *Mundus* propriè *cælum*
dicitur, lib. 1. cap. 11. Ennius in Scipione.

— *mundus cæli vastus constitit silentio.*

Nec aliâ notatione sumitur *Orbis* apud
Horat. 3. Od. 3.

Si fractus illabatur orbis,

Impavidum serient ruinae.

Orbis, id est, cælum. *Orbis, id est, cælum.* Videatur & I. Me-
ursius noster.

Et jacit &c.) Lucret. lib. 2.

*Sol enim summo de vertice distans ar omnes
Ardorem in paries, & lumine confert arva.*

Flammæ rapaces.) Vetus editio, (*ra-
pax*. quod fuerit: cum Sol totius mun-
di capax est, & in cæli medio constitu-
tus. Et hætenus illa, quæ de pastorali
μαναξιμῶ γενικῶς dicta inferuntur.

Compellere. Et jam compellente) Post excursum
redit tandem ad suum Pastorem, de
quo hoc factum est Poëmatium. *Com-
pellere* autem pastorale verbum est: &
auctore Servio, propriè in unum locum
vol

vel div
cogere.
Compu
Cicero
pescere,
scuo co
ducere,
Dissellere
quis. actu
sæ sui ge
Ca
rat. 1. C
Re
ut Cor
Cyneg
In
Alia h
noster
repabant
Nam S
ἐπιπύ
pat. T
est repa
—
Hæc S
atione
S
verlu

vel diversa, vel diversorum animalia cogere. Bucolico. 7.

Compuleratq; greges Corydon & Thyrsis in unū.

Cicero: Omni pecore compulso. Festo est com- Compescere

pscere, id est, pecus in eodem veluti pascuo continere; ut dispscere, à pastione deducere, vel quasi in diversa pascere. Ita

Dispellere. Cicero ad Atticum: Quid ergo, inquis, adurus es? Idem quod pecudes, quæ DISPVLASÆ sui generis sequuntur greges.

Capellæ) Olentis maritæ uxores, Horat. 1. Odâ, 17.

Repetebant ad vada) ΑΣΧΑΙΣΜΟΣ, ut Comicus, Visere ad aliquem. Gratius in Cynegetico:

In actio repetens prima ad vestigia gyro.

Alia huius generis notauit Barthius noster in Indice Apuleij. Ios. Scaliger malit:

repebant ad vada. Quod Syracusanum sit.

Nam Syracusij, inquit, & Tarentini ἐξ πύρρον pro me ponunt. Ita semper usurpat Theocritus.

Alioqui caprarum est repere, ut supra

Repere, caprarum est

— de sericæ repebant ad cava rupis.

Hæc Scaliger qui tamen vulgatam lectionem non furcillat.

Sufurrantis lymphæ) Nempe quæ, verlu Petronij,

querulo

— *querulo vexabat rore lapillos* :

Vel ut ille in Copâ:

It stridit as rauco murmure rivus aquæ

Residebant.) Eleganter. Nam & *salire* dicuntur aquæ. Simul autem & tranquillitatem earum indicat. *Barthius.*

Cærulea.) Nota, sub musco etiam viridicæruleum colorẽ vada transmisisse.

Operum partes.) Quia dies hominũ operibus data est, *Opera* pro ipso die usurpavit: auctore quidem *Barthio*. Est autem hîc notatio meridiei: Nempe

— *medio cùm Phœbus in axe est.*

Vel, ut *Calpurnius Ecloga 4.* hanc sententiam pinxit rusticis coloribus:

*Quum Sol contractas pedibus magis admoveret
umbras.*

Densas umbras.) Quas ita faciebant arbores, quarum paulò post longum textit catalogum.

Cogebat.) Colligebat, & in unum redigebat; ut exponit *Servius* ad illud *Bucolic. 3.*

Tityre, coge pecus —

Et procul adspexit.) Quod sæpius jam diximus constructionem in toto hoc Opusculo impeditiorem esse, etiam hic locus argumento est. Editio-

nes

*Opera, pro
die.*

*Constructio
impeditior
in hoc Poe-
mate.*

nes ple
hoc m
Placu
vett.
Parrh
Quanc
saris li
mutati
re Bart
Et
Vt de
obdor
cismu
—
Hora
Lucu
iuxta
Delo in
ta, fac
verbi
in qu
tuens
mine
fectu
lisse p

nes pleræque legunt, *Ut procul &c.* Sed hoc multò intricatius etiam videatur. Placuit ergò hanc sequi lectionem, quã vet. quædam editt. agnoscunt, & I. Parrhasius tacitè probat, Epistolâ 32. Quamquam ne sic quidem constructio satis liquet. Quam tamen leuissimâ mutatione ingeniose visus est explicare Barthius noster, dum emendat:

Et procul accessit luco residere virenti &c.

Vt de pastore loquatur, quem in luco obdormivisse dicat. *Accessit residere*, Græcismus esset, ut in Ceiri:

—— *redii patrios adscendere muros.*

Horatius:

*Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere montes.*

Lucum autem intelligit in Thessaliâ, iuxta Thebas. *Divæ Delia*, id est, Dianæ in Delo insulâ cum Apolline è Latonâ natæ, sacrum. Sententia igitur totius loci, verbis Scaligeri ista est: In eum lucum, in quem Agaue, victa furore Bacchi, metuens pænam, hoc est, ἄγος, quod imminebat eius posteritati, propter interfectum Pentheum, confugerat, compulsisse pastorem pecudes suas.

Nyctelia.

Furore Nyctilei) Id est, Bacchi: quod
sacra eius noctu celebrarentur, quæ ob
id *Nyctelia* dicta. Noster 4. *Aeneid.* allu-
dit:

———— *Vbi audito stimulant Trieterica Bac-*
cho

Orgia, NOCTVRNVSq; VOCAT CLAMORE
Cithæron.

Nachtraben.

Barthius vulgatam lectionem tuetur,
Nyctileum fugiens, Quasi Baccho plena
imperium eius excutere conans: quod
frequens de vatibus & mystis. Sic illa
in *Aeneide*:

Bacchatur vates, magnum si pectore posset
Excussisse Deum —————

Seneca de *Cassandra*:

Hunc fida famula; turba dum excutiat
DEUM,

Retinete —————

*Pentheus d
suis discer-
ptus.*

Cadmeis Agaue) *Agave* Cadmi filia
Echioni Thebano nupsit: ex quo Pen-
theum suscepit. Qui cum abstemius
esset, ac propterea Bacchi sacra averfa-
retur, ab ipsâ matre, matrisq; sororibus
discerptus est.

Horat. 2. *Satyra* 3.

Quid

Quid caput abscissum demens cum portat A-
gaue

Gnati infelicis, sibi tum furiosa videntur?

Fabulam curiose tractavit Ovidius lib.
3. Metamorph. lect. IX. & deinceps. Et
Nonnus Panopolitan. lib. XLVI. A-
pollodor. lib. 3. Bibliothecæ. Et quan-
tum huic loco opus est, optimè Hygi-
nus cap. 184.

Fugiens posterius-natis pœnam)
Fugiens pœnam futuram posterius-na-^{αγθ.}
tis e morte Penthei. Nimirum αγθ illud
illud, quod totam posteritatem perse-
quitur, donec expiatum esset, ex iuper-
stitione veterum intelligit.

Horat. 1. Odâ. 28.

Negligis imm. ritus nocituram

Postmodo te natis fraudem committere.

Nihil enim aliud, quam αγθ illud in-
telligit. Vbi & postmodo-natis dixit, ut
hic Virgilius, posterius-natis. Inde εαγθ
dicuntur piaculo nexi, οἱ νεμεσσοῦντι <sup>Posterius-
natis.</sup>
σῶντες: ut omnia Scaliger interpre-
tatur.

Requieuit in antro) Postquam sci-
licet, in montibus satis iam bacchata, et
furore Bacchi excusso ad sese redijt, pœ-
nitentiam facinoris agens, in antrum
se abdedit.

Panes)

Satyri
nulli unquam
fuisse.

Homo Cor-
natus in
Gaulis.

Satira, vel
Satira, non
Satyri.

Panes) Vide supra versu 93. ubi & de Dryasin diximus.

Satyri) Satyrorum historiam post hominum memoriã nemo accuratius scripsit, quàm Is. Casaubonus, in De Satyri a Græcorum pœsi, & Romanorum Satirã lib. 2. cap. 2. Nullos autem in rerum naturã extare, aut unquam extitisse Satyros, clarissimis etiam docuit argumentis: sed merè delirantium Poëtarum primò, deinde & pictorum figmenta esse. Vbi & historiam de homine verè cornuto, qui XXXV. annos in montibus latuerit, recitat, & ad Regem Galliarum, ante annos tunc sex-septem, adductus fuerit. Sed ut per occasionem hoc etiam obiter moneam, hanc quidem vocem scribi per y rectè, *Satyru*: sed non & *Satyram* Lucilij aut Horatij rectè scribi, sed potius *Satiram* aut *Saturam*. Sed præstat audire duum viros litterarum, Scaligerũ & Casaubonum: ut semel rectè & solide iuuentus doceatur. Is igitur Ios. Iustus Scaliger, Notis in Sphæram Barbaricam M. Manilij: SATVRVS GESTVS $\mu\alpha\upsilon\tau\eta\mu\iota\mu$ & $\iota\omega\delta\alpha\upsilon\pi\iota\omega\varsigma$ est. SATURUM enim verbum est Scenicum, quod ad diversimodum actum & gestum pertinet,

het. Sic
satira
Cave
scriber
mis ta
Credid
Græco
Satira
ille. I
Satyri
rum Sa
NI, in
tyrici
appel
rum. A
Ma
Et de
His &
lis Sat
ibi loc
quæ &
tis &
Græco
rendu
matis
Satyri

net. Sic *Satura* omnigeni argumenti poësis: & *Satira*, quid.
Satura ὁμοειχων, *πομπὴ* ὁμοειχων, Glossis.
 Cave *Satiras* Lucillij & Horatij per y
 scribendas putes. Neque in hoc doctissi-
 mis tam veterum, quàm recentiorum
 credideris, qui *σατυρικὴ καὶ σατυρική*
 Græcorum somniant. Nam *Satura* aut
Satira (ut *maximus*, *μαζου* *ἡ*) aliud est. Hæc
 ille. Iam Isaacus Casaubonus, libro de
 Satyricâ Græcorum poësi & Romano-
 rum *Satirâ*: Inter alia plurima, L A T I-
 NI, inquit, scriptores cum de fabulis Sa-
 tyricis Græcorum loquuntur, non alijs
 appellationibus utuntur, quàm Græco-
 rum. Horat. in Arte.

Mox etiam agrestes Satyros nudavit.

Et deinde:

———— *Satyrorum scriptor*

His & alijs locis *Satyros* posuit pro fabu-
 lis Satyricis Græcorum: de illis enim
 ibi loquitur, non de Romanâ satira:
 quæ & ratione nominis, & definitione
ἡ *ἁπλοῦς* diversissimum Poëma est à
 Græcorum Satyricâ poësi. Ut non fe-
 rendus sit eorum error, qui, cum de dra-
 matis Satyricis Græcorum verba faciunt,
 Satyrorum appellationem illis tribuunt.

*Satyri pro
 fabulis Saty-
 ricis.*

Q. E.

Quæ prorsus insignis est & ridicula
 doctissimorum etiam virorum halluci-
 natio, à quâ tyrones sibi caueant. Nam
 contra omnem ἀνολογίαν & rationem
 est, ut à Satyris *Satyræ* sit dicta: quæ nihi-
 li vox est &c. Idem lib. 2. *Saturam* Vete-
 res Romani dixerunt compendio ser-
 monis usi, cum *saturam lancem* intellige-
 rent. Erat mos antiquorum, quando
 Cereri, Baccho, aut alijs dijs agri annua
 vota soluerent, pro leto fragum fru-
 ctuumque prouentû, ut primitias rerû
 collectarum in lancem congestas cuiq;
 deo pro ratione eius cultûs afferrent.
 In ritibus Græcorum huiusmodi sacra
 miscella vocantur *πάγκαρπθ θυσία*,
 & *πολυπερμία*, &c. Latini verò lan-
 ces ita refertas variarum rerum copiâ
lances saturas, vel simpliciter *saturas* appel-
 larunt. *Satur* enim pro pleno, & cui
 nihil deesset usurpabant: sic *color satur*
 &c. A similitudine huius lancis et-
 iam aliarum rerum mixturas appella-
 runt *Saturas*. Flaccus: *Satura, sibi genus*
ex varijs rebus conditum &c. Postea etiam
 ad res ingenio factas eadem vox trans-
 lata est. Vnde *lex satyra*, hoc est, miscel-
 la;

Satura:
lance satyra.

la: ut
 quia &
 neba
 legibu
 Leges
 riuar
 Hinc
 loem f
 dictis
 cerne
 tur La
 qu sitis
 riarum
 simili
 isopica
 wog
 &c.
 runt,
 PIN A
 NAKI
 sum
 igitur
 perstr
 ut pol
 TIR

la: uti est lex Julia Papia Poppæa; *Lex Saturna*
 quia & multa & diuersa capita contin-
 nebat. Festus: *Satura est lex multis alijs*
legibus conferta. Capita legum Romani
 Leges vocant: & ita hic Festus. Glossa
 rium: *Satura νόμος πολλὰ περιέχων;* *Per Saturnam*
Legem ferre
 Hinc natum prouerbium: *Per Saturnam*
Legem ferre: cum raptim, neque viritim
 dictis sententijs a'iquid Senatores de-
 cernebant, & ut apud Festum loqui-
 tur Lælius, quasi per Saturnam sententijs ex-
 quisitis. Ita Pescennius Festus libros *Histo-*
riarum per Saturnam edidit, hoc est, ut Græci
 similes libros inscribunt: *ποικίλης*
ἱστορίας. vel, *κέρας Αμαλθείας,* aut *τῶν*
ἀπορῶδην λεγομένων, aut *πανδέκτης ἱστοριῶν*
 &c. Propius ad vocem *Satura* accesserunt,
 qui libros suos inscripserunt
ΠΙΝΑΚΑΣ, hoc est, *lances* vel **ΠΙ-**
ΝΑΚΙΔΙΑ, qui variarum rerum
 summas continebant &c. Simillimè
 igitur & Poëmata, quo breuiter multum
 perstringebantur, **SATVRÆ:** Vel,
 ut posterius cæptum pronunciarī, **SAT-**
TI RÆ dictæ sunt.

POG.

Satira, quae
Carmen.

Porphyrus, vir sine controuersia excep-
tione maior: Carmen propterea Satiram
appellauerunt, quia multis & varijs rebus referri
est &c. Qui solius maledicentiae Satirarum
rationem habuerunt, causam huius appellationis,
non à lance saturâ, sed à nomine Satur facete petierunt &c.
Petronij libellus mera est Satira Varroniana,
Ipse tamen Satiricum maluit inscribere:
quomodo Commentarium dicitur, pro Commentario libro:
Apologeticus, pro Apologetico libro &c. Atque hoc est
Commentario summi Viri, amici nostri, excerpere volui:
tum, ut error iste pertinax iuuentuti eriperetur:
tum, ut iudicium formaretur: ne domi tantum nata foueamus,
sed exotica etiam, talium praesertim, aestimare tandem imbibamus.
Über Rein sind auch Leute.

Naiadum caetus) Dryades & Naiades
coniunxit Noster etiam 4. Georgicorum:

———— Nymphasq; sorores

Centum quae silvas, centum quae flumina
seruant.

Dryades
&
Naiades,
socio.

Ita enim utrasque Nymphas descripsit:
quarum illa silvarum sunt, istae aquarum.
Vnde & nomen utriusque conueniens. Quis enim arbor & quercus
est:

est: ve
rum.
ord
af
Na
dum.
est, q
omitt
6. p
id est
verbo
in, 2
Aene
Tu
In
Hoc
Servi
phich
No
hoc est
ca fac
Vbi
T
Com
eo, in
eo, in
lebra
anno

est: *vai* est fl. ere significat, quod est undarum. Eleganter Calpurnius utrumque ordinem complexus est:

Adfuerunt sicut Dryades pede, Naiades VDO.

Najadum cætu.) Pro, cum cætu Naiadum. Quod genus loquendi Atticum est, qui *cu* præpositionem frequenter omittunt. Demosthenes: *ἰκπίαε ἔλαβε. οὐτῶϊε ὀπλαίε*, Equites cepit ipsis armis, id est, cum armis. Videatur Suidas in verbo *Αυτῶϊε διαβολαίε*, Et Eustathius in. 20. Iliad. Noster etiam infra, & 9. *Ancid.* imitatus est:

*Tum demum præcepit saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit* ———

Hoc est, cum omnibus armis: ut exposuit Servius. Ita Martialis Epigr. 1. in Amphitheatr. Caesaris:

Nec Triviae templo molles ludentur honores.
hoc est, Nec ludentur mollia sive Ionica sacrificia Dianæ CVM ipso templo. Vbi mihi Eruditissimū Marcilium vide.

Tantum non Orpheus Hebrum) Comparat amœnitatem istius loci cum eo, in quo Orpheus cecinit: item cum eo, in quo nuptiæ Pelei & Thetidis celebratæ sunt: in quo describendo (ut annotat Scaliger) imitatur Catullū, qui

M

cas

cas nuptias egregio carmine celebrat: adeò ut in arboribus describendis ejusdem vestigijs semper insistat.

Restare.

Hebrum.) *Hebrus* Thraciæ fluvius: quem popularis Orpheus cantus suavitate stitisse perhibetur. Nam hoc *restare* hîc est, nempe resistere & obniti.

Rivis silvisq;.) Hæc germana lectio. Nam rivis & silvis cecinit Orpheus: & rivos *restantes*, silvas *mobiles* fecit. De Orpheo multa noster 4. Georg. sub finem: & Naso lib 11. Metamorph. Sect. 2. Vbi à mulieribus discerptum misere miseratur tali apostrophe:

*Te mæstæ volucres, Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ
Fleverunt silvæ: positis te frondibus arbor (cunt
Tonsa comas, luxit. lacrimis quoq; flumina di-
Incevisse suis: obscuraq; carbasa pullo
Naiades & Dryades, passosq; habuere capillos,
Membra iacent diversa locis ———*

Peneus.

Peneu.) *Peneus* Thessaliæ fluvius inter Ossa & Olympum decurrens. in eo tractu sunt Tempe illa amænissima, multis Scriptoribus nobilitata: de quibus & nos supra ad v. 92. In ijs celebratæ sunt & nuptiæ *Pelei & Thetidis*: quas *Catullus* divino carmine memoriæ posteritatis consecravit.

Dia

Dia ch
& per ill
luculen
hoc ver
& pro, N
arbitrat
cum hæc
liaris sit
gã 5. &
Fund
Orp. A
— ma
Apulej
vitas er
Dor
Catul
percitã
Phryg
Ita acu
incul
lig. &
A
Vbi A
noster
tem?
I
plata
617

Dia choréa.) In istis scilicet nuptiis, & per illa Tempe agitata, atq; à Catullo luculentissimè descripta. Cæterum in hoc versu lectionem frustra mutarunt, & pro, *Non tam*, posuerunt, *Quantum*; qui arbitrati sunt ἀναποδοτικῶς hic deesse: cum hæc orationis forma Atticis familiaris sit, & noster etiam usurpet, Eclogâ 5. & 6.

Fundentes.) Scil. choréæ, κατὰ σύνθεσιν. Aeneid. 6.

— manus, ob patriam pugnando, vulnera passi. Apulejus lib. 4. Floridorum: *Vbi tota civitas eruditissimi estis.*

Domum.) Locum & mansionem. Ita Catullus carm. 59. de Attine furore percitâ:

— — sequimini

Phrygiam ad domum, Cybellis Phrygia ad nemora deæ.

Ita acutissimus & eruditissimus atque inculpatae Latinitatis auctor (teste Scalig. & Casaubono) *Tertullianus* in *Genesis*:

Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen. *Domus.*

Vbi Ædes vocat Paradisum. Ita *domos aviũ noster* 2. *Georg.* *vidos* appellavit. Ne putem^{us} *domos* tantũ habitacula hominũ dici

Patentes Aeriæ platanus.) Dicit *platanos* luxuriã & ambitione ramo-

M 2 rum

Platanus.

rum latè diffusas, & nihilominus etiã altissimas fuisse. Patens *platanus* Aristoteli lib. 1. epist. 3. est *πλατάνου ἀμφιλαφής*. Nam & in modum tecti solebat concamerari De tali Martialis lib. 9.

Ædibus in medijs totos amplexa penates

Stat platanus densis Casariana comis.

Talem historici prædicant in Lyciã domicilij modo concavam. Talem fuisse *platanum* dicunt Caligulæ in Veliterno. Talem auream *platanum* Regum Persarum, quam celebrat Dio Chrysostomus Orat. 6. & 57. & alij. *Aeriæ* autem, id est altissimæ. Cujusmodi arbores Lucanus lib. 3. *Æthera tangentes silvas* dixit. Ita noster *Æneid.* 3.

Aerium.

————— *vertice celso*

Aeriæ quercus —————

Idem *Æneid.* 9.

Aeriæ surgunt quercus, intonsaq; celo

Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Horat. 2. Odâ 11. *altam* vocat:

Cur non sub altâ platano, vel hâc

Pinu iacentes —————

**Platanus
umbra ex-
petita.**

Platanus autem olim tantum *umbrae* causã expetita, & in delitijs habita fuit. Testatur Plinius lib. 12. cap. 1. *Sed quis non iure miretur, arborem umbrae gratiã tantum ex alieno petitam orbis Platanus hæc est.* Ita Ci-

cero

P.
cero &
nes sub
hic, S
de ea
vamis
citaz,
nunc ha
cu suav
apud
Poëta
iam
Nam
crob
alitu
dici
hæc
Vnd
ulm
cent
nasc
tus
Am
tan
(ut
ma
stit
dix
tu

cero & Plato fingunt suas disputatio-
nes sub platano. Ille Craesi & Scævolaë,
hic, Socratis & Phædri; qui quidem ita
de eâ arbore: *Platanus est patulus admodum
ramis & procera est, & altitudo viticis illius opa-
cit usq; pulchra nimium & amena, ac præcipuum
nunc habet florescendi tempus, ut omnis circum lo-
cus suavitate compleatur odoris &c.* Vide plura
apud I. Ludovicum de la cerda, ad illud
Poëtæ 4. Georg.

Iamq; ministrant platani potantibus umbram.
Nam, ut auctores sunt Plinius & Ma-
crob; hæc arbor vino etiam exhilaratur atq;
alitur. *Platanus* Horat. 1. Od. 15. *celebs*
dicitur, Et Mart. lib. 3. 57. *vidua*, quòd
hæc arbor inepta sit conjugio vitium.
Vnde Manili⁹ *vitem nubentem* vocat, quòd
ulmo nubat. Hinc *ulmus mas, vitis femina* *ulmus mas*
censetur. Ex quo conjugio *Equus Poetarum vitis femina*
nascitur, id est *vinum*, Quo sensu Plau-^{na}
tus meus *vitem vini matrem* appellat in
Amphitr. Porro & hoc observetur, *pla-* *Platanus, us.*
tanus ἀρχαῖως in quartâ declinatione *Fagus, us.*
(ut *πᾶσι δὲ γραμματικῶν* loquuntur) *for-* *Myrtus, us.*
mari: quomodo è veteribus excusis re-
stituit Scaliger. Ita infra, *umbrosas fagus*
dixit, pro *fagos*, ut & 2. Georg. Ita Ca-
tullus *carm. 60.*

Quales Euroæ progignunt flumina myrtus,

M 3

Pro

pro *myrtos*: quod idem Scaliger obser-
vat ad Manilium in Prolegomenis.

Lotos.

Lotos.) Arbor Africae familiaris: li-
gno color niger. Praecipua circa Syrtes
atq; Nasamonas. Magnitudo, quae pyro
est. Differentiae plures, eaeq; maxime
fructibus fiunt. Magnitudo huic fabae,
color croci. Nascitur densus in ramis,
myrti modo: tam dulci cibo, ut nomen
etiam genti terraeq; dederit, nimis ho-
spitali advenarum oblivione patriae.
Ferunt ventris non sentire morbos, qui
eum mandunt. Vinum quoq; exprimi-
tur illi, simile mulso. Plura vide apud
Plinium lib. 13. c. 17. & quae ibi Interpres
Iac. Dalechampius. item apud Theo-
phrastum & alios. Noster *impriam* vocat;
alludens vel ad Metamorphosin Loti
quam ex 11. Geoponicon petatis licet:
vel, quod esu fructus sui comites Vlyssi
abstraxerit, & eò amentiae redegerit, ut
etiam patriae, quae, auctore Euripide,
πολλὸν χρυσὸν καὶ πλάττω κρείσσων, obliti
fuerint. Rem narrat Homerus libr. 9.
Odys. Ita enim ibidem Vlysses:
ἔδ' ἄρα λωτοφάγοι μῆδονθ' εἴταροι πινόμεθρον
ἡμετέροις, ἀλλὰ σφι δόσαν λώτοιο πάσαισθε
ἄνδ' ὅς τις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
αἴσ

ἐκ' ἐτ' ο
ἀλλ' α
λατιν
Νεγ, φα
Νοστρί
Horum
Non ian
Sed illi
Lorum
Vide
stost.
In
Hor
Et C
The
Igr
m
It
sula
aspe
null
Ane
E
E
D

ἔκ' ἄπαγγαλαί πάλιν ἤθελεν, εἰδένεα δ'
 Ἀλλ' αὖτ' βέλοιο μετ' ἀνδράσι λωτοφά-
 γοισι.

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόσ εἰτε λαθέσθαι.

Neq; sane Lotophagi parabant sociis mali quippiam
 Nostris, sed ipsis prae buerunt lotum gustare.

Horum quicumq; loti comedisset dulcissimū, fructū,

Non iam renunciarē rursū voluit, neq; redire,

Sed illic volebat cum viris Lotophagis

Lotum edendos manere, reditūq; oblivisci &c.

Vide Adagium: λωτὸν ἔφαγες, Lotum gu- Lotum gu-
 stasti. stasti.

Impia lotos, impia.) Eadem figurā

Horatius lib. 3. Oda. 11. in Danaides:

Impia (nam quid potuere maius?)

Impia sponso potuere duro

Perdere ferro.

Et Catullus in Epithalamio Pelei &
 Thetidos:

Ignaro mater substernens se impia nato,

Impia non verita est divos scelerare Penates.

Ithaci.) Id est, Ulyssis ex Ithacā, quae in Ithacus.
 sula est in mari Ionio, ante Epirū, faxis in Ithacā
 aspera, caprarum fertilissima: & in quā nulli lepus
 nullus omnino lepus vitalis est. Noster res.

Aeneid. 3.

Effugimus Ithacae scopulos, Laertia regna,

Et terram altricem saevi exsecramur Ulyssis.

Nimiā dulcedine.) Silius lib. 3.

Ben uns deßs
 mehr.

Et dulci pascit Lotos nimis hospita dæcæ.

*Populus
arbor.*

At quibus &c.) Quemadmodum ha-
tenus *Platanum* & *Lotum*: ita nunc & *Popu-
lum* arborem Poëticis coloribus ambi-
tiosissimè pingit. Fabulam elegantissi-
mè descripsit Ovidius 2. *Metamorph.*
quæ strictim delibata talis est: *Phaethon*
cum, invito patre, *Solis* currus conscen-
disset: & aurigaticis imperitus cælum
& terram incendio permiscuisset, ful-
mine idus, & in *Eridanum* fluvium
præcipitatus est. Sorores *Phaethontis*
Helades casum fratris miserantes, in ar-
bores populos matatae sunt: tum la-
crimæ earum è ramis stillantes, *Solis*
calore solidatae in *Electrum* conversae
sunt. Quod postremum *Hesiodus* &
Euripides fabulantur. Fabulam *Ma-
nilius* exactissimo carmine ita narrat
lib. 1.

*Phaethon-
is Fab.*

*Fam etiam antiquis ad nos descendit ab annis
Phaethontem patrio curru per signa volantem,
Dum nova miratur propius spectacula mundi,
Et puer in cælo ludis, curruq; superbus
Luxuriat, mundo cupit & maiora parente
Monstrat ut liquisse vias, orbemq; rigentem
Imposuisse polo, nec signa insueta tulisse
Errantes nutu * flammæ, curruq; solutum*

** Nutu,
ἠπορνεύω
ἄ.*

Disse-

Deflexum solito cursu, curvisque * quadri-

gis,

Quod querimus flammis totum sevisse per orbem

Terrarumque rogam cunctas arsisse per vr-

Cum vaga dispersi fluitarent lumina curru
Et caelum exustum est. Luit ipse incendia mundus,

Et nova vicini signarunt sidera flammis,
Nunc quoque praeteriti faciem servantia ca-

Ab orbita
deficienti-
bus: ut cum
Scilicet sumas
les equi
ἀτακτοί,
neq; directā
orbitam te-
nent. Tunc
enim verē
currum schein
ma efficiam.

At quibus) Sororibus Phaëtonis:
quæ dicuntur Heliades, ab ἥλιος, Sol, qui
earum parens; & nominantur Phaëthon-
sa, Lampetie, Phœbe.

Curru proiectus) De quo Ovi-

dus;
———— Iuppiter
———— dextrâ libratum fulmen ab aure
Misu in aurigam: pariterque animâque
rotisq;
Exsult —————
Sparsaque sunt latè laceri vestigia curru,
At Phaëthon, rutilos flammâ populante, cao-
pilas,
Volvitur in præceps, longoq; per aëra tra-

M 7 FERTUR,

Solis equi
quatuor.

Fertur: ut interdum de caelo stella serena
Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.
Equorum) Qui sunt, ut sæpius ali-
cubi iam diximus,

———— Pyroëis, Eous, & Æthon

Solis Equi, quartusq; Phlegon: ———
quomodo Ovidius canit.

Ambustus Phaëthon) Catullo flam-
maus dicitur. Est, quod ex Ovidio iam
diximus:

———— rutilos flammâ populante capil-
los.

Luctu mutauerat artus) Ovidius
in eorum Metamorphosi:

Nec minus Heliades lugent: & inania
mori

Munera dant lacrimas ———

Amplexæ) παθητικῶς Petronius:
Anima in nostro amplexam in pectore: quod
Barthius mihi suggessit à Prisciano.

Candida velamina) Quæ sunt ista
candida velamina? An gummi & electrum,
quod populus arbor stillare solet?
Et de quo Ovidius

Inde † fluunt lacrimæ, stillataq;
Sole rigescunt

De ramis electra novis ———

†
E coriice
populi

In

In quam
bibebat

id est, et
foliorum
illius p
est,

apri

Po

Seneca
Ca

Videa

& coriice

ple alb

3. Histo

ramorum

formâ

terra d

10: 51

R

I

dixit.

nus i

I

In quam sententiam Scaliger olim imbibebat legere,

— *lentu sudamina ramis,*

id est, *electra*. Sed planius fortè fuerit de foliorum colore interpretari, qui *canus*: illius præsertim, quæ Herculi sacra est.

Ovid. in Epist.

Aptior Hiruleæ populus ALBA coma,

Stattius lib. 3. Silvarum:

*Populeâq; movens ALBENTIA tempora
silvâ.*

Seneca in Oeteo:

Cana rigentem populo vinculus comam.

Videatur Plinius lib. 16. cap. 23. Possis & corticem ipsum interpretari, qui & ipse albicat. Videatur Theophrastus lib. 3. Histor. Plant. cap. 14. Iam, folia dici ramorum *velamino*, non est insolens: eadè formâ, quâ alibi *vestis* & *amiculus arborum* et *terra* dicuntur folia & herbæ. Mart. libr. 10: 51.

Folia, velamina arborum

Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbor.

Ita, ripas *gramine vestitas*, Columella dixit. De quibus accuratè differit Gifaninus in *Vestu*, Indice Lucret.

Lentis) Ita infra, v. 115.

Ipsaq;

*Ipsæque excedunt ad summa cacumina len-
ta,*

id est, *ῥαδιωαί*. Porro has arbores
inter alias Catullus in Epithalamio
Pelei & Thetidis sic circumscribit:

*Fagos, ac recto proceras stipite Laurus
Non sine nutanti Platano, fle! aq; sorore
Flammati Phaëthonis, & aëriâ Cupressu.*

Posterius) Scilicet arbor erat
Phyllidos, siue *Amygdalum*. Fabula sic
Amygdalum habet: PHYLLIS, Lycurgi Thracum
regis Filia. Demophoonta Thesei F. è
bello Troiano reducem domo lectoq;
exceptit: acceptâ prius ab eo fide, ut re-
bus domi compositis sese vxorem du-
ceret. Demophoön autem, cum ultra
præstitutum tempus domi resideret:
Phyllis amoris impatientiâ, & quòd se
spretam crederet, laqueo vitam finiuit,
& in *Amygdalum* arborem conuersa
est, sed eam absq; folijs. Demophoön
reversus truncum arboris amplexatur,
quæ veluti affectum sponsi sentiret, fo-
lia emisit. Vnde & *φύλλα*, *Phyllidi* nomen
dederunt. Quod postremum quidem
ideò fingitur: quia *Amygdalus* flante
Zephyro *ζωμφόζω*, qui Occidentalis est
ventus, & in Thracas vadens per Atti-
cam

Phyllis

cam re
Hinc f
& flo
pistola
haben
dij.

deò di
viruit,
lib. 16.

solùm
per fide
Prop

Et rep
in Ep

S
P

perfi
tanc

xit,

tia
dò c

re

eam regionem transitum facit, floret.
Hinc fabula nata est: Phillida lætari
& florere, redeunte Athenis amasio. E-
pistolas Phyllidis & Demophoontis
habemus inter Heroidas illas Ovia-
dij.

Æterna) *Æternum luctum* Phyllidis i-
deò dicit: quia ea arbor nunquam re-
viruit, è quâ se suspendit. Vide Pliniũ
lib. 16. cap. 26.

Perfide multis) Quasi dicat: Non
solũ mihi, sed & multis puellis alijs
perfide. Cynthia puella ad suum olim
Propertium lib. 4. Eleg. 7.

*Perfide, nec cuiquam melior sperande puel-
la,*

Et repetitio illa amæna apud Catullũ,
in Epithalamio Pelei & Thetidis:

Siccine me patrijs abveclam perfide, ab oris

Perfide deserto liquisti in littore, Theseu?

Deflende puellis) Multis puellis
perfide, & iisdem deflende vel lamen-
tande: quemadmodum paulò antè di-
xit, *lamentari mala perfidia*. Cui senten-
tiæ valdè facit versus ille Propertij mo-
dò citatus, iudicio Scaligeri.

Fatalia carmina) *Fatidicæ quercus, μ&ρ
τηγδῆς*. Nam ad Dodonam, quæ ciuitas
Chaoniæ

Pastor certamen.

Pallas triumphus.

Βαλανοφάγοι.

Chaoniæ regionis Epiri, quercus erant vocales, & reddebant Oracula. Mirè autem dictum, *Quercus, fatalia, carmina*, quasi ipsum Vatem dicas *Vaticinium*. Cuius generis multa collegit Barthius meus in Ceiri. Ita & illa λέξις ἐσχηματισμένη à Scaligero notatur Eclog. 7. *Pastor certamen*, hoc est, Certator. Apud Manilium doctissimum Poëtam, *Pallas triumphus*, id est, triumphatrix, ibidem:

———— Marcellus tertia palma.

Item: *fama vetus Curtius*. Ita apud Diogen. Laertiam, *Thales ἀσπονόμεμα* dicitur, hoc est, ἀσπονόμε. Vide & Albericum Gentilem IC, Lect. Virgilian. cap 14.

Quercus ante datæ, Cereris quàm femina, vitæ) Nam vetustissimi illi, ante inuentas fruges, Βαλανοφάγοι erant, & glandibus vescebantur.

Noſter i. Georgic.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glandem mutavit arista

&c.

Lucretius lib. 5.

Namq; Ceres fertur fruges, Liberq; liquoris

Virgeni laticem mortalibus instiuisse.

Clau-

Claudianus de raptu Proserp.

Vnde datae populo fruges, & glande relicta

Cesserit inventus Dodonia quercus aristas.

Et Apuleius lib. 2. Cererem ait removisse fe-
vinum pabulum vetustæ glandes, mihi cibo com-
monstrato.

Triptolemi sulcus) Nam Triptolemus ~~Triptolemus~~
Celei Eleusini regis Filius, primus in
Græciâ agriculturæ rationem inuenisse
scribitur.

Ovidius lib. 4. Fast.

Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit,

Et seret & cultâ præmia tollet humo.

Argoæ naui) Argo, naus, in quâ Iae-
son cum LIII. heroibus Theffalis na-
vigauit Colchos, ut Aureum vellus inde
auferrent. Noster Eclog. 4.

Alter erit tum Tiphys, & aliera quæ vehat Argo

Argo

Delectos heros ———

Ista naus è pinu ædificata fuit: quippe
ea arbor aduersus cariem firmissima
censetur. Vnde Nostro 4. Eclog. *Nautica* *Pinus nautica*
appellatur. *ca.*

Et 2. Georg.

————— *dant utile lignum*

Navigijs pinos ———

Etiam

Etiā malus istius navis pinus fuit, & ab ipsā Minervā excisa; quæ & fata cænebat Argonautis. Claudianus:

———— ipsamq; secandis

*Argos trabibus iactant sudasse Minervam
Arbore præfagâ tabulas animasse loquaces.*

Quod monuit Barthius noster.

Edita pinus) Excelsa. Ita Lucret. lib. 6. *Domus ad cælum edita.* Et lib. 2. *editum templum, id est, excelsum.* Noster *Æneid. 11.*

———— erectum ad sidera pinus.

Silvas) id est, arbores.

*Suberis
vertex.*

Suberis arbor) Ita Scaliger restituit. Quamvis suberis arbore sint alix longè proceriores. *Suberis* autem longè crassissimus est liber: indè & *ὑπερκορτεξ* dicitur.

Horatius:

Tu levior cortice: quod Græci dicunt: *κωφότερη φελξ.* Sic, *Natura fere cortice,* hoc est, *ἄνω φελξ.* quod notat Isaacus Casaubonus ad illud *Perlij Satirâ 1.*

Vitamale vetus ve grandi subere coctum.

Vbi vox *subere* non *φελξ* significat, sed *ἄνω*, quemvis grandiore cortex.

Noster

Noster Æneid. 7.

*Tegmina quis capium raptus de subere cor-
tex.*

Contingere motibus) ὄρεγεται ἀ-
βρῶν. Intelligit quod Poëtæ dicunt
βλωθρῶν: ut Scaliger annotat: qui ta-
men vulgatum, *montibus*, non damnat.

Ilicis & nigræ) *Ilex*, arbor glandi-
fera: cuius duæ sunt species. Vide
Plin. lib. 16: 6. Nigram hic noster lau-
dat: ut & Eclogâ 6.

Ilex.

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Vbi Seruius: vel, umbrosâ: vel reuerâ
nigrâ: nam talis est. Eandem & *Opacam*
fortè indigitat, Æneid 6. in quâ Ramus
aureus, siue, ut Poëta loquitur, *Species*
aurei frondenti, hærebat. Cæterum & ea
arbor editissima est & ampla, unde
Procera Horatio dicitur, *Alta* Claudiano,
item *densa* eidem, & *Ramosa* Ovidio.

Et læta Cupressus) Si quercus, aut
alia huius ambitionis arbor esset, *læta*
fuerit ἀμφιλαβής. Sed cum Cupressus *Cupressus*
minutissima habeat folia, ut res ipsa *læta*, qui
docet, *læta* esse, & ἀμφιλαβής non po-
test. Hinc Scaliger coniecturam Oberti
Gifanii Icti proponit, & tacitè quasi
laudat; qui legebat *læthés cupressus* quia

N

fune-

funebriſ arbor. Lucanus:

Et non p' ebeios luctus testata Cupressus.

Et rogis adhiberi ſolitã, propter graue
vſtrinae nidorem, Varro teſtatur. Et
Diti ſacram, atq; etiam Proſerpinæ. De
quo vide Plinium, lib. 16. c. 33. & eius
interpretem Iac. Dalechampium. Sed
cum in Geoponicõp lib. XI. cap. V. le-
gatur, genus eſſe cypreſſorum, quod
ab arbor dicatur: idq; Etheoclis filias fu-
iſſe, quæ ſaltando in puteum collapſæ
hâc arbore aſſimulatæ fuerint: addatq;
is Rhaſſodus, hoc genus iucunditatem
inducere mortalibus; ingenioſiſ. Caſp.
Barthius exiſtimat, rectè *cupreſſum* hîc &
lætiam dici poſſe: adducitq; ſuauiſſimum
ſuum puſionem *Ariſtenæum* lib. 1. epiſt. 3.
qui arboribus lætis cupreſſum etiam
accenſeat. Cum ea epiſtola viua ſit para-
diſi amatorij deſcriptio.

*Fagus quæ
εἰς οὐτῆ*

Vmbroſæ fagûs) *Fagûs*, omninò
quercus aut eſculus eſt: autore Ludo-
nico de la Cerda. Ea, quæ Hispanis ſit
Encina. carrasca; non, *haya*. Idq; argu-
mentis pervincit. Euiſtathius Iliad. 5.
Φηγὸς, ἡ δ' ῥῶς λέγεται, τῷ δὲ τὸ Φαγῶν ἔ
Fagus

Fagus est
Glossa
mon
triq, a
borem
ſentire
Glans ſi
blem (a
maho. I
pondero
Quibu
ait; el

H
Attic
fuiſſe
ſit, Qu
templ
ſieri, c
quero

plac

mn
tu.
ditio
clo,

Fagus est quercus, sic dicta ab escu.

Glossæ: Φηγός, fagus. esculus. Quin & etymon fagi & esculi conspirare ait, cum utriq, ab *sit*ando nomen sit. Et Fagum, arborem esse glandiferam, omnes ait consentire auctores. Plinium lib. 16. cap. 6.

Glans faga suam bilarem * facit; carnem coquibilem (alij, coctibilem) ac levem, & vilem stomacho. Ligna suæ * angustam, nitidam, strigosam, ponderosam. Querna diffusam & gravissimam.

Quibus verbis triplicem glandem signari ait; esculi, ilicis, quercus.

i. pinguem.

*
Id est, compacta & minime laxa carne.

Hoc etiam affert, quod Pausanias in Atticis scribit: in templo Dodonæ fagum fuisse *sacram Iovi*. Iam cum notissimum sit, Quercum eidem deo, atq; in eodem templo & luco *sacram* fuisse; manifestum fieri, quod Pausanias de fago scribit, de quercu esse intelligendum.

Vmbrosæ fagus) Vt versu 136. *cæriæ platanus, ἀρχαίκως.*

Ederæque gigantes Brachia) Ita omninò legendum autumo: non, *ligantibus*. Et *ligantes* agnoscit vetus etiam editio, quæ Parisijs procurata est, anno cl. Is. VII. Sensu ta i: Manent ibi

& ederae ligantes, & implexu tenaci
compescentes *brachia*, id est, ramos, ne
arbor *populus*, in quam Phaethontis so-
rores mutatae sunt, sese *plungit* & per-
cutiat (nempè cum rami vento impul-
si cohaerunt) ob fratrem fulmine
ictum: de quo superius.

*Edera duo
genera.*

Ipsa q; Scil. ederae *Edera* autem
duo sunt genera summa: altera, quae
humi repit, altera, quae in altum attol-
litur. Posterioris rursus tria gene-
ra; *Candida nigra, h. lxx.* Vide Theophras-
tum lib. 3. c. 18. & lib: 4:4. Histor. plant.
Sed & Plinium lib. 6: 34. quem tamè
ad obrussam lac. Dalechampij exigere
memento.

Lentae) id est, flexuosae: vt i. Ge-
org.

———— Parant lente retinacula vini.

& *lentum vinum* 3. Aeneid. undè Horatio,
i. Odâ 36 ederae lascivae & ambrosae dicuntur.
Lascivis ederis ambrosior. Catullo *tenaces*:
Ovidio *nexiles & flexibiles*: Laberio *serpen-
tes*: Persio *sequaces*: Propertio *contorta*.

Pinguntq; aureolos viridi pallore,
corymbos) Elegantissima colorum au-
re, viridis, & pallidi mixtura & pictura
hoc veru exprimitur.

Ita

Ita Lucr. lib. 5.

————— & anni

Tempora PINGEBANT viridantes flo-
ribus herbas.

Vnde & *Ver pictor mundi* Poëtæ cuïdam appellatus, venustissimo schemate. Intelligit autem hîc ederam nigram: cuius folia unâ parte virescunt, alterâ pallescunt: *semen crocatum est* ut Plinius loquitur. Hunc triplicis misturæ colorem pulchrè etiam repræsentavit And. Alciatus in Emblemate CCIII. HEDERA, quod, ob elegantiam, adscribam integrum.

H A V D Q V A Q V A M, arescens edera est arbus-
cula. Cisso

Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt:
Errunda, procax, AVRATIS fulva corymbis,
Extremus VIRIDIS, cætera PALLOR habet.

Hinc aptis Vates tingunt sua tempora fertis.
Palescunt studijs; laus diuturna viet.

Cur Poeta
pallidi.

Edera Baccho sacra est: unde & κισσο-

Φόρῳ, quasi ederam gerens, dicitur. Ede- P. edera con-
râ Poëtæ etiam coronabantur, quasi Li- ronati cur &
bero consecrati: qui, ut & Bacchæ, insa-
nire ferebantur.

Guntherus lib. 1. Lugurini:

————— Solis lucet insanire Poëtis.

N 3

Quo

Poete insa-
ni, quei?

Quo sensu scilicet *Insanire* Tertullianus
dixit: id est, *Oracula promere*. De quo De-
sid. Heraldus ad Arnobium.

Horatius 1. Epist. 19.

————— *ut malè-sanos*

Adscripsit Liber Satyris Faunisq; Poetas.

Poete vini-
potores.
Vinum, Poe-
tarum equus

Seruius ideò etiam *ederà* Poetas coro-
nari ait: quòd vini-potores ferè sint
Poetæ (unde *Vinum Poetarum equus*) *edera*
autem nimium frigida calorem tempe-
ret capiti imposita. Noster *Ecloga 7.*
Pastores edera erecentem ornate Poetam.

Perfius Prologo:

He noniad asq; pallidamq; Pirenen

Illis remitto, quorum imagines lambunt

Ederæ sequaces ————— *Porro et*

Triplex *ede-
re color*
Poetis aptus

Alciatus ingeniose triplicem istum *e-
deræ* colorem Poetis conuenire docuit.
Sicut enim *edera* clauiculis suis arbore
comprehendens humo se erigit: exte-
riùs viret; intùs pallet: & aurei coloris
fructum siue corymbos producit: Ita
Poetæ ingenio & industriâ ab humo se
se paulatim tollunt. Et quanquâ nimio
studio pallefcunt, fama tamen ipsorum
semper viret: quippe qui aureos doctri-
næ fructus pepererunt. Postea (ut obi-
ter addam) *Laurum etiam coronati sunt Poetae.*

Poete etiam
Laurum coro-
nati.

Cen

Cenfe
nè rem
stá be
Quan
di Po
Lect.
Vi
Non
Viridi
pallor fi
lores
deas
perfe
thiur
A
quia
ctus e
acinis
sona
Pa
Plin
bem
me co
ufum
hod
qui

Censebant enim, Imperatorem, qui bene rem gereret, & Poëtam, qui rem gestã bene scriberet, pari honore dignos. Quando autem mos ille Lauri coronã di Poëtas ceperit, docet Scaliger Aufon. Lect. lib. 1:20.

Viridi pallore) Ita in Ceiri :

Non tibi necquicquam viridis per viscera pallor. *Viridis pallor.*
 Viridis color ubi flauo corrumpitur, *pallor* fit. Manifesta enim inter hos colores cognatio. Ideoque sæpiculè videas *viridem pallorem* dici, respectu ad eius perfectam constitutionem. Vide Barthium.

Aureolos corymbos) *Aureolos* vocat: quia crocei coloris & sublucidi est fructus ederæ. *Corymbus* enim uva est ederæ *Corymbus* acinis stipata. Propert. lib. 4. el. 7. sub personã Cynthiæ mortuæ:

Pelle ederam tumulto, mibi quæ pugnante corymbo

Mollia contortis alligat ossa comis.

Plinius lib. 16. 34. de ederã: *Racemis in orbem circumactis qui vocantur corymbi.* *Racemus quid?* *Rectissime corymbos appellat racemos: sanè contra* *Etiam docti nesciunt.*
usum, aut potiùs abusum multorum hodiè cætera doctissimorum hominũ: qui error ut ipsis eripiatur, vobis de-

N 4 fenda-

fendatur: accuratiùs quædam ex Animadversionibus *Is. Casauboni* in Suetonium, notabimus.

Vua ergò & *Βότρυς*, siue *βοτρυο*, ut *Martial.* appellat, & *Racemus*, in vite potissimùm, totius fructus nomina sunt: qui partibus constant scapo, pediculo, acino, siue grano, ut vocatur ab *Ouidio*, *Columelâ*, *Scribonio*. Quocirca *Racemum*, qui planè idem est cum *uvâ*, malè putant scapum esse. Quos omnis antiquitatis consensus refutat: qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, siue de fructu vitis, siue de *ederâ* loquantur. Nam & *uva* & *Βίτρυς* & *Racemus* ἀναλόγως dici solèt de alijs quoq; multis: ut & *Acinus* pro baccis & corymbis *ederæ* vel *sambuci* sæpè usurpatur. *Acini* partes sunt folliculas, succus, caro, (qui & *callu* *Plinio*) nucleus. *Folliculum* Græci *σέμφυλον* appellant; *Plinius* modò *corium*, modò *corticem*, interdum *cutem*. Succum, in *uvâ* quidem, sanguinem terre appellârunt: etiam sanguinem *uvæ* & *purpuram* potabilem, *cruentum* liquorem; *violeum* nectar. *Nemesianus* *Ecl.* 2.

Acinus

turgentes sanguine
baccæ.

Auctor

Auctor Sophiæ Sirach. καὶ ἔσπασον ἐξ
 αἱμάτων σαφύλης. Fulgentius: *uvatum*
benè calcat rum sanguineo rore sordidus. Nucle- Nucleum.
um, non autem acinum, appellari in u-
vis ἰὸ γίγαστον certum est. Columella,
 & eum secutus Palladius, nucleos et-
 iam *vinacia* vocant, novè. Nam *vinacia vinacia.*
 potius sunt *σέμφυλα*. Vide etiam Tur-
 neb. lib. 25. c. 26. Sed ad ista Casauboni
 visa exige.

Myrtus veteris non nescia fati.) Do-
 mitianus & alij Interpretes, (si hoc no-
 men meriti sunt) varia de hoc *vetere fati*
myrti comminiscuntur. Sed pervidit
 Scaliger, alludi ad Myrti metamor-
 phosin. De qua in *ii. Geoponicorum*; sive,
 in *De Agricultura Cassij Dionysij*. Ejus-
 dem fatum, atq; è virgine, & Veneris
 sacerdote, in myrtum arborem muta-
 tæ fabulam, commemorat etiam Ser-
 vius P. Danielis, *Aeneid* 3 nam in vul-
 gatis nostris nihil tale reperias.

PASTOR ut ad fontes &c.) Ha-
 tenus *tempus & locum*, quæ *Culici* fatalia
 erant, ambitiosissimè descripsit. Nunc
 rem pressius urget, & ad fatum *Culicis*
 propius festinat. Primum autem Ser-
 pentem, qui causam præbuit neci *Culi-*

cis, tanto apparatus describit: ut Ars cum ipsa Natura certare, ipsique adeo palmam ambiguum facere videatur.

Capiebat.) Pro, *capisset*. Grammaticorum supercilium miror si ferre possit hanc temporum inconstantiam, *requievit, mandaverat, capiebat, iussisset*. Sed nempe ita noster in hoc Poematio liber & sui juris est, & canonas istos Grammaticorum migrat.

Capiebat corde quietem.) Ita contra Ennius:

— *Et corde relinquit somnum.*

Nisi fors incertos iussisset dicere casus.) Nisi Fors iussisset, vel coegisset nos fateri, incertas esse & instabiles vices humanas. Ita Scaliger.

Fors:

Fortuna:

Fors-Fortuna.

Fors.) *FORS*, est fatorum lex. *FORTUNA*, est eventus incertus. Illa est Græcorum *ἰμαρμένη*, hæc *τύχη*: quæ & dubia alijs dicta est. *FORS-FORTUNA* est fatalis eventorum causa. Attius in *Andromedâ*: *Quibus natura prava magis, quàm Fors aut Fortuna obsuit.*

Lucilius:

Aut Forte omnino, aut Fortunâ vincere bello.

Terentius Phormione act. 5. Sc. 6.

O Fors.

O Fortuna, ô fors fortuna, quam commodi-
tatibus,

Quam subito hero meo Antiphoni ope vestrâ
hunc onerasti diem!

Ad quod Donatus, eruditissimus inter-
pres: FORTUNA, dicta est inerta res:
Fors fortuna, eventus Fortunæ bonus. Vide e-
undem & ad Hecyram act. 3. Sc. 3. &
Interpretes ad Bacchides Plauti act. 4.
Sc. 8. Interdum tamen Fors pro ipsâ For-
tunâ ponitur. Tibullius:

Fors iuvat audentes.

Ovidius 2. Fastorum:

— Audentes Forsq; Deiq; iuvat.

quod est in Vet Proverbio; Fortes For-
tuna adiuvat; ut eruditissimus Auson.
Pompa observavit in De differentijs verbo-
rum. lib. 2. Scaliger ad Manilium, Vul-
gus indoctum, inquit, nescit distingue-
re Fortem à sorte: quæ inter se differunt, Fors
ut τύχη & τύχη. Sors.

Tractibus iisdem) Ita Scaliger ex vet.
scripturâ & editione. Vulgò, Tractibus hy-
dræ. Tractus & locum intelligit, ubi Pa-
stor obdormierat.

Immanis serpens.) Vel, immensæ Immanis
amplitudinis: vel, fædus; nam & hoc
Immane est, auctore Nonio; vel certè, mi-
nimè

Serpens.

numè bonus, & nocens, eodem auctore,
& exemplo Nostri, 4. Georg.

Immanem ante pedes hydrum moritur a puella

Vidit — Varro Meleagris:

Addo hydrum Lernæam, & draconem Hesperidum: quod bestia fuerunt immanes. Cicero de Repub. lib 4. Quippe si ita sensit, ut loquitur, est homo impurus. si aliter, quod m'â'o, oratio est tamen immanis. Noster Aeneid. i.

*Pygmalion scelere ante alios immanior cœ
mneis*

Id est, peior & nocentior: vel crudeli-
or & terribilior, secundum Isidorum.
Indè & *immanitas*. *Manum* enim bonum
veteribus dicebatur. Vide Festū in *MA-
nare Solem*: & quæ inibi Scaliger.

*Punctura
varie.*

Vario corpore.) Varijs maculis di-
stinctum & squalidum. Ita Panthera-
rum genus est, quæ *varia* appellantur,
propter tergum maculosum. Vide cō-
mentar. Plaut. Epid act. 1. Scenâ 1.
Maculatus.) Silius lib. 2. *Caru. etus macu-
lis auro (qualencibus) Anque.*

Magno aestu.) Quippe mero meri-
die.

Vibranti linguâ.) Lucret. lib. 3.

Lingua vibrante minatus Serpentis —

Silius lib. 6,

trifido

— trifido vibrata per undas
Lingua micat motu, atq; assultans æthera lam-
bit.

Ita Plautus Pænum *Migdilybem* vocat *bisulci* lin-
guae, quasi sit proserpens bestia. *Bisulci lin-
gua Pænu.*

Carpens obvia aëra.) Quid hoc mon-
stri est? *obvia aëra.* Tamē Solipater Cha-
rilius Institut. Grammaticarum lib. 1.
pag. 65. notat: *Aër & Æther*, hunc *aëra &
æthera* masculino genere dicimus: Græ-
ca enim sunt *αἴρ, αἴθρ*. Sed & hunc e-
rum veteres Lat nâ declinatione dixe-
runt. *Hæc ille.* Sed quid ad rē tamen no-
strā? Faceret si hoc *aëra* dixissent. Certè
nullum aliud exemplum in universâ
Lingua Latina hodie superesse existi-
mo: neq; ulli facile imitandū: ut & non-
nulla alia in hoc Poëmatio, cu e iudicio
suo & libertati Poëticæ noſter in- ul-
ſit; in serio Opere vix ausurus. Quæ
nos, ut vetustos nummos, miremur po-
tius & seponamus, quàm ut in usu o-
stentemus.

*Aëra, in
plurativo
aërum.*

Carpens gravis aërae.) Statius 4.
Theb.

— Liquidum nunc aëra lambit
Ore supinato —

Sil

Silius lib. 6.

Extulit assurgens caput, atq; in nubila primam
Dispersit sanie, & calum fedavit biatu.

Ibid.

Atq; assultans æthera lambit.

Gravis.) Ita Noster 3. G. graves nido
re cheydros, dixit.

Squamofos orbes.) Corn. Severus in
Ætnâ:

Serpentis or-
bes, tortus,
tractus, vo-
lumina, spi-
ra, sinus, ne-
xus, arcus.

————— una per orbes

Squamens intortos sinuat vestigia serpens.

Orbes autem sunt tortus illi & volumina si-
ve spiræ & sinus flexi, ut Cic. appellat. No-
ster Æneid. 2.

————— sinuatq; immensa volumine terga.

Cætera inferius ad v. 179.

Torquebat.) Indè tortus Æneid 5.

Necquicquam longos fugiens dat corpore tor-
tus.

Apollonius lib 4. ὡς δὲ δράκων σκολίω
εἰλιγμένῳ ἔρχεται οἶμον:

Unde draco obliquam it viam tortu flexuoso

Ovid. 3. Metamorph.

Ille volubilibus squamosis nexibus orbes

Torquet & immenso saltu sinuatur in arcum.

Pallebant auræ.) Statius, de serpente
Nemeco:

Percus-

— Percussæ calidis afflatibus auræ
 Quæ tulit ora, cadunt: moriturq; ad sibila cam-
 pus.

In veteri editione legitur, *Tollebant*: un-
 de Scaliger suspicabatur legendum for-
 tē *squallebant*.

Vehementis ad omina.) Hanc lectio-
 nem præstat Scaliger. *Vehementis*, ex vet:
 edit. *omina*, ex ingenio; non, *omnia*.

Veh. visus.) Stautius de serpente.

Livida fax oculis —

Idem de eodem:

— *Crudelis gloria frontis*

Prominet —

Nicander de vipera: ἔνωπῆς γλάνια, φοι-
 νίσσεται δωμένῳ, Oculorum pupillas ira-
 cundus rubescit, Noster 3 Georg.

— *flammantia lumina torquens.*

Corpus revolubile volvens.) Ci-
 cero:

*Torvus draco serpit subter, supraq; revol-
 vens*

Sese, conficiensq; sinus e corpore flexos &c.

Attollit nitidis pectus fulgoribus.)
 Ita Noster 2. Æneid anguibus dat arre-
 da pectora inter undas.

Georg. 3.

Aida

Ardus ad Solem ———

Sillius lib. 6.

Immensum attollit corpus, tergoq; residens

Cætera sinuatis glomerat sub pectore gyris.

De basilisco Plinius lib. 8. cap. 21. *Celsus, & erectus in medio incedens.* Vide Aristotel. lib. 4. cap. 11 De partibus animal. ubi talium causas inquirit.

Nitidis fulgoribus pectus.) Noster
3. Georg.

—— *Notis longam maculosus grandibus alis*
vum.

Se Sublimi cervice rapit.) Elegantissime, *serpens rapit se cervice sublimi.* Et mira emphasis est in verbo *rapit.* Quam alter ille à nostro Phænice princeps Statius sic expressit, lib. 5.

—— *raduq; soluto*

Immunem S E S E VEHIT ———

*Serpens
cristatus.*

Crista supernè edita.) Id est, eminentis & exstans crista. Aut ergò serpentem cristatum facit: aut *cristam* accipit pro eminentiori capitis parte. Etiam Sillius lib. 6. De Serpente:

Exsuperant crista ———

Purpureo amictu) Sanguinolento habitu & facie.

Ad

Adspectuq, micant flammantia lu-
mina) Silius lib. 2.

*Ignea sanguinea radiabant lumina flam-
ma.*

Idem lib. 9. de serpente ægidis :

*Fulgenti sanguinei, geminum vibrare come-
ten*

Ut credas, oculi ———

Noster 2. Æneid.

Ardentesq, oculos suffecti sanguine & igni.

Seneca in H. Furente.

—— igneos serpentium oculos.

Metabat sese) quasi castra, aut ho-
spitium, vel etiam mansionem ibi po-
siturus. *Metari castra* dicuntur, quòd
metis diriguntur, auctore Festo: undè,
Metatores, qui præcedentes locum eligunt
castris, Vegetio lib. 2 cap. 7. quos alij et
Antecessores vocant: itemq; *Mensores*, qui
loca castris metandis metiuntur, Ono-
masticon P. Danielis Aureliani vetustis-
simum: *Metatores, mansionum preparatores.*
Etiam in agrorum divisione & assigna-
tione, modum metiebantur: quod *Me-
tari* appellabant. Vnde Val. Cato, vel
qui Auctor Dirarum,

Pertica quæ nostros metata est impia agellos.

Vide & Turneb. Aduersar. lib. 13. c. 1.

O

No-

*Metari
castra.
Metatores:
mensores
ante cesseres.*

Noster 2. Georg.

Agrimensores,

Arvipennium
&

Arvipendium.

Groma:

Decempeda

pinguis agros metabere campi.
 id est, illos diuides, ac suis finibus &
 metis secabis. Hos agrimensores Plau-
 tus *finitores* vocat Prologo *Panuli*; imo
 & Cicero in *Agraria*. Ita,
Metata porticus, apud Horat. est mensurata
 & disposita: ut explicat Scholiastes e-
 ius. Ita Tertulliano lib. 1 cap 8. contra
 Marcionem, *tempus arbiter & metator initij*
ac fines dicitur. Atque ut obiter hoc note-
 mus; instrumentum, quo agros me-
 tiebantur, *arpipennium* Romanis dictum
 est. In Italiâ quidem perticis metabantur
 agros: Barbari autem funibus: ut
 est in sacris litteris, & apud Herodotum:
 unde *σχονίον μετρήσασα*. Hunc funem
 postea Romanos *arpipendium* nominasse,
 docet Scaliger: qui in veteri Glossario
 exponitur *σχόνιον γεωμετρικός*. Idem
 ibidem legi ait: *Arvipendia, πλέθρα*.
 Vide ipsam Scaligerum in *Catalect.*
 Eidem rei & *Groma*, siue *Groma*, & *Decem-*
peda seruebat. Glossæ: *Groma, γνώμων,*
βασιλική γνώμη, διοπτρα. Vide &
Fest. in Groma. Cicero XIII. Philip.
Peritus metator & callidus decempedâ suâ saxâ
diuiserat. Indè eidem *Decempedator* pro
 me-

metat
est lat
quic
tata d
curat
manâgis.
re.vel c
vertigi
re. n
tur.Lies
vndC
obuiNo
rer

sa q

pio p
Att

Vadit, fremit, refringit virgulta pede vago:

scil. Leo.

*Ne fremdis
puer, senex.*

Hæc Scaliger ad hunc locum. Idem in Coniectaneis: *Nefrendis & nefrendus puer vel senex, ὁ ἄδὴς, qui dentibus fremdere, id est frangere non potest. Nam Fremdere duo (significat, τὸ ἐμπρίειν τὰς ὀδόντας, τὸ ἐμβρῦκεν: & frangere: undè nefrendus, Liuius Andronicus:*

*Fremdere
est frangere*

*Quem ego nefrendem alui, lacteam immul-
gens opem.*

Indè *frendes porculi, indè fremdere fruges,*
τὸ ἐρείκειν.

Pacuvius Antiopâ:

Fruges fremdeo solas, ac sisto robore.

Serenus:

Fressa faba.

Copia farris uti fremdentibus eruta saxis.

Hinc *fremdere fabam: & fressa faba ἐξεγμός.*
Attius Troadibus: *Saxo fruges fremdam,*
στοπιήσω. *Hæc ille.* Ita hoc loco
serpens obvia quæque *infrendit*, id est
frangit & conterit.

Arma.

Naturæ arma) nempe venerum,
aut dentes, seu quâcunque re aut faude
Natura genus istud bestiae armavit. Nā
arma etiā vocantur omnia, quous quis
paratus instructusque est vel ad propul-
sandam, vel inferendam vir.

Furit

Furit stridoribus) Nicander in
Ther. de venenato serpente: μη σύγ
Ἰατρου λέγει περ' ἐὼν Ἰβλε βήμεναι ἀγτην.
μενομένε.

Ne velis audax ire contra illum, cum FURIT.

Val. Flaccus 2 Argon.

αιγ, ordine curua trisulco

Fulmineus Q V A T I T O r a FRAGOR

Flexibus euerſis torquetur corpo- *Serp.*
ris orbis) Flexibus euerſis, id est, ſpiris & flexibus; glo-
volabilibus illis nexibus elisis. Sedu- *bi:*
lius lib 1. Operis Patchal. de Virga Mo-
ſis, quæ in serpentem mutata:

Per flexos ſinuata globos

Seneca in Medeâ:

Tumidumq; nodis corpus aggestis plicat,
Cogitq; in orbis

Plica:
nodi:
orbis:
ſpira.

Tertullianus in Genesi.

prægelidos in ſpiras lubricat ane-
gues.

Calaber lib 5.

Σμερδαλέσι πεπόνητο πει πλογμά-
σι δράκοντες:

Nexabant ſe nodis horribiles dracones.

Ab iſtis tortuoſis ſpiris & nexibus Ser-
pentem Philo in libr. De Agriculturâ

O 3 vocat

vocat πολυπλοκατήν. Vide & Lud de la Cerda, qui in Commentario suo Virgil. multa huius notæ alia etiam collegit.

Tractus

Per tractus) Tractus sunt tortuosi serpentum actus, συρμοί Græcis.

Georg 2.

Collectio

neg, ta to
Squamens in spiram tractu se colligit anguis.

Stattius:

Vectura

tractuq, soluto immanem se se vehit.

Spiritibus rumpit fauces) Ita Persius Casira 3 hominem Romanum, qui propter nobilitatem generis sui spiritus tollebat,

pulmonem RV M P E R E ven-
tis,

Rumpere

pulmonem:

horrea:

buccas,

dixit. Ventos intelligens φύσημα & ὄγκον.

Rumpere, est supra modum implere Ita Sat. 5. rumpere buccas, id est implere ac Φυσάν. Ita rumpere horrea congestis frugibus, apud nostrum, & Sidon. Apollinarem lib 1. epist. 8 Ita hic serpens rumpit fauces spiritibus. Vide Casaubonum ad Persium.

Atque

ATQ' E haftenus quidem illustrem **SERPEN**
SERPENTIS descriptionem. Quã **TIS** descrio
 ut locupletius explicemus, trium Poë-
 tarum carmina, in quibus *serpentum nar-* ptiones
rat on s luculentæ sunt, adijciemus, iu- Silly Italiæ
 dicio Iul. Gæs. Scaligeri, lib. 5. cap. 14.
 Poëtices, sic electas, & inter se commis-
 las:

SIL L I I libro **V I.** quanquam cæ-
 teris impar.

— **S E R P E N S** centum porrectus in
 vinas

Letalem ripam, & lucos habitabat Avernos.
 Ingluviem immensi ventris, gravidamq; ven-
 neris

Alvum deprensi satiabant fonte leones,
 Aut acta ad fluvium torrenti lampade Solis
 Armenta, & iractæ fedâ gravitate per au-
 ras

Ac tabe afflatae volucres: semesa iacebant
 Ossa solo infirmi, lateq; repletus, & asper
 Vastatus gregibus, nigro ructabat in anuro.
 Isq; ubi ferventi concepta incendia postie
 Surgite muliebat rapido & spumantibus
 vndis,

Nondum etiam toto demersus corpore in a-
 mnem,

Iam caput adversæ ponebat margine ripæ.

Lon

Longè melioribus numeris Papinius
in V.

*Terrigena exoritur serpens: tractuq; soluto
Immanem sese vehit, & post terga relinquit.*
quia motus reptilium fluctuabundus
est; constat enim expulsu primo, mox
tractu: quemadmodum in cæteris quo-
que animalibus: Idcirco se relinquit post ter-
ga: eam partem quam tracturus est, post
depulsionem antecedentis. Sequitur,
*Livida fax oculis, maluit lividam lucem at-
tribuere quam puram æneam: cuiusmodi
sanè magis placet mihi,*

——— *tumidi stat more veneni*

*Spuma virens, ter lingua vibrat: terna agmi-
na adunci*

Dentis, & auratæ crudelia gloria frontis

*Prominet. Agnoscas quantum &
cuiusmodi, ex ijs quæ facit,*

——— *miseræ nunc robor a sylvæ*

Atterit, & vastos tenuat comp' exibus ornos.

*Sæpe super fluvios gemineæ iacet aggere
ripæ*

*Continuus, squammisq; incisus ad æstuat æ-
mnis.*

& mox de fiticuloso,

Sævior anfractu laterum, sinuosa retorquens

Terga solo, sicciquæ nocens furit igne veneni:

Volvitur,

Volvitur, & vacuus fluviorum in vallibus errat.
 In cœtuq; sui, liquidum nunc aëra lambit
 Ore supinato: nunc arva gementia radens
 Pronus adhæret humo, si quid viridantia sudent
 Gramina: periculis calidis afflatis herbæ
 Quæ tulit ex, cadunt, moriturque ad sibila corpus.
 Deinde ponit comparationem, aitque
 tantum esse, quantus anguis cælestis,
 qui inter utranq; urfam tenditur: sicut
 Silius in 3. Ovidius horum multa, mi- Ovidij.
 nore tamen sono, in 3. Transformatio-
 nium,

Martius anguis erat, cristis præsignis. & auro.
 Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
 Tresq; micant lingua, triplici stant ordine dentes.

Et mox:

— longo caput exiit antro
 Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit.

Nec multò post:

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
 Torquet, & imminente saltu sinuatur in arcum:
 At mediâ plus parte leves erectus in auras
 Despiciit omne nemus: tantoq; est corpore, quanto,
 Si totum spectes, geminas qui separat Arcos.
 Quemadmodum apud Statium, sic fa-
 cit ille jactum lapidis in primâ aggres-
 sione. Sic Ovidius deniq;

— plenis tumuerunt guttura venis,
 Spumavè pestiferos circum fluit albida rictus.

O 5

Ter-

Terræq; rafa sonat squammis; quiq; halitus exat
Ore niger, Stygis vitiat us inficit herbas.

POST hæc indulget ingenio,
Ipse modo immensum spiritus facientibus orbem
Cingitur, interdum longâ trabe rector extat:
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis
Fertur, & obstans perturbat pectore sylvas.

Habes multam lucem in hisce, multos
recessus. Verùm tot, tanta, tam bona,
cum illis paucis comparare non equi-
dem ausim:

Virgilij.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla peralta,
Horresco referrens, immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubaq;
Sanguineæ exuperant undas; pars cætera pontum
Pone legit, sinuatq; immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamque arva tenebant:
Ardentesq; oculos suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Illa verò splendidissima, numerosissima
ma, rotundissima, ex 3. perfectissimâ
Operis præterire mihi religio est,
Tollentemq; minas, & sibila colla iumentem
Deiice. Iamq; sugâ timidum caput abdidit altè,
Cum medijs nexu, extremaq; agmina caudæ
Solvantur tardasq; trahit finus ultimus orbis.

Adda-

Addamus & illa Apollineis non infe-
riora,

Est etiam ille malus Calabris in salibus anguis
Squammea convolvens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus alvum.
Qui, dum amnes ubi rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris,
Stagna colit, ripisq; habitans, hic piscibus agram
Improbis ingluviem ramisq; loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræq; ardore debi-
scent:

Exilit in siccum & flammantia lumina tor-
quens

Sævit agris asperquæ siti, atq; exterritus æstu.

INCREDIBILE est, quantum u-
tilitatis afferat candidatis bonarum
litterarum tot excellentium ingenio-
rum contentio.

Quo cuncta parante) Ita Scaliger re-
stituit ex vestigijs antiquitus excusis:
& addit: Cuncta facere, genus loquendi *Cuncta facere.*
non vulgare in utrâq; linguâ. Quod fe-
rè dicebatur de irritò conatu, Cicero 5.
de finibus; At verò facere omnia, ut adipisca-
mur quæ secundum naturam sunt, &c. Mara-
tialis lepidè lufit:

Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

Euripides Eraclidis:

MÓΛΙΣ

Μάστιξ ἢ πάντα δρῶντες, ὅκ' ἄτερ πόνων
 Ετρεψάμεσθ' ἄρ' γείον Φουγὴν δόρυ.

Sic infra versu 241.

Gutturis arenti revolutus in omnia sensu.

Hoc est, πάντα ποιῶν ἵνα τῶν. Nisi sit,
 ἴπν τῶν δὲ ψησιῶν. Petronius Arbiter
 apertius: *Quæ ergò dementia est, omnia facere,
 ne quid é nobis relinquat sepultura?*

CULEX
 humorige-
 na.

Parvulus humoris alumnus.) Id est,
 Culex, qui humore generatur. Plinius
 lib. 9. cap. 15. *Arecente humore CULICES*
proveniunt.

Cavere;
Vitare.

Mortem vitare monet.) **CAVERE**,
 est sibi quocunq; modo prospicere. *Vie*
itare est declinare corpore & effugere no-
 xia: ut solent gladiatores declinatione
 corporis adversariorum petitiones exire
 & declinare. Plautus Stichus:

*Qui potest mulierem vitare, vitet: ut quotidie
 Pridie caveat, ne faciat quod se pigeat postridie.*
 Seneca ad Lucillum: *Nocituram potentiam
 vitat, hoc primum cavens ne vitare videatur.*

Per culmina.) *Culmina* Scaliger inter-
 pretatur τῶς κροτάφες.

Genas.) *Genæ* hic αἱ βλεφαρίδες.

Ennius:

Pandite sulti genas, & corde relinquite so-
mnium.

Pone-

Ponebant.) Pro, *abdebant*, auctore Scaligero, qui probat, alicubi & *abdebant* legi.

Gemmis.) Pupillis oculorum in modum gemmarum formatis & rutilantibus.

Hac senioris erat naturæ pupula telo Ictâ levi.) Interprete Scaligero, arenosam cutem & fenilem, hoc est, rugosam intelligit. Nam sane *senem* hunc Pastorem ab eo induci patet infra;

Quantumcumq; sibi vires tribuere seniles.

At ego mâlim non quidem *senioris naturæ* conjungere, sed *naturæ telo*; lanceam intelligens, quâ Natura Culicem armavit. Constat ergo, Pastorem ictum fuisse eâ parte, quâ ictus facillimè sentitur, nempe ubi oculorum anguli, qui ad tempora sunt, connivent.

Uderswo
het man mit
ein Schweine
spies taum
durchgesto
chen.

Cui dissitus omnis spiritus excessit.) Ordo est: cui Culici omnis spiritus sensûs dissitus excessit, ut *sensûs* sit casus patrius.

Tenentem lumina.) Id est, immotis luminibus stantem, auctore Scaligero. Noster de Charonte Æneid. 6.

— *stant lumina flammâ.*

Compos mente.) ἀρχαίως. Ut Plautus Pseudolo act. 1. 2. *Vino cupida estis*, pro *vini*.

Vino cupi
das
vini.

vini Idem, *Expers more.* Turpilius : *Expers malitius.*

Ennius :

— *studiosum robore belli.*

*Studiosus
robore.*

Observarunt Scaliger, & Lipsius Epistoliarum Quæst. epist. 12.

Qui (Casus sociarit opem Numenve deorum) Horrida squam, &c.) Ita Scaliger hæc restituit & copulat: eiectionis illis duobus versibus:

Namq; illi dederitne viam casusve Deusve,

Prodere sit dubium; voluit sed vincere talis.

Qui perperam interpositi, & in veteribus excusis non reperiuntur, atq; adeo sententiæ concinnitati repugnant. Qui, hoc est, quo trunco. ἀρ χαϊκῶς qui, pro quo Plautus Amph. Patera, qui rex potitare solitus est: pro, quâ: & alibi sæpè. Sensus est: sive casus, sive DEVS illi opitulatus sit. Nam ita hæc jungunt veteres; Casus, Providentia: Fors, Ratio. Horatius: seu Fors, seu Ratio. Ex Epicureâ Scholâ est Fors, Casus: Ex Stoicâ, Ratio, Providentia. Epicurus ἐκ τῶν ὀμνία, Stoici τῶν γοιῶν fieri sciſcebant.

*Casus; Pro-
videntia:
Fors, Ratio.*

Horrida squamosi &c.) Notent hoc loco Poëtices candidati, syllabâ da brevem, & dictionem ac dactylum terminan-

nan-

stantem, non impediri, quò minus in
 suâ maneat brevitare, quantumvis ab
 s; semivocali & mutâ excipiatur. Quod
 quidem tam rarum apud hunc Phœni-
 cem nostrum Maronem, ut in exem-
 plum venire vix debeat. Namq; in u-
 niversâ suâ Poësi, quæ in tot libros, &
 eos tam varij argumenti, diffusa est, se-
 mel tantum sibi permisit. Quod ego
 profectò haud semel miratus fui: cum
 nemo ferè, etiã qui principatum in re-
 gno hoc Poëtico tenent, non contrâ fa-
 at. Ille Æneid. undecima:

Spem siquam accitis Ætolum habuistis in armis.

Ponite. spes sibi quisque. —

Hoc autem communibus Poëtarum
 regulis vim facere iudicatum esse, ar-
 guunt Grammatici veteres, qui hanc li-
 centiam miris modis aut excusare aut
 tueri conati sunt. Terentianus, erudi-
 tissimus Grammaticis, ut hoc sanet,
 pertendit, præter dactylum & sponde-
 um, etiam *Creticum* pedem, -U- ingredi *Creticus pes*
 Hexametrum: *Ponite -U- / sp's sibi -UU. -U-*
 Quæ item Priscianus in Appendice lib.
 5. è vet. Grammaticis, in hanc rem di-
 sputat, malo apud illum legantur. Et
 certè omnes videntur ire, hoc in exem-
 plum

plum à quovis temerè trahi non debe-
re: in primis ubi *sc. sp. st.* brevem voca-
lem excipiant. Certè *Virgilius* imitatio-
nis Poëticæ exemplum, regula, princi-
pium & finis est, iudice magno Scalige-
ro. In corpore tam pulchro & ingenti
quis verruculam unam aliquam repre-
hendat? Et quid si auctor hoc etiam in
eorum censu habuit, quæ emendaturus
erat, nisi mors ipsius minas evertisset?
Sanè vocalem naturâ brevem sequente
sc. & sp. noster alibi produxit.

Æneidos 9.

Ferte citi ferrum: date vela: scandite muros.
Nam quòd litteriones, syllabæ scilicet
metuentes, *ro &* infarciunt, vel *ascendite*
legunt; Venerem suam Virgilio eripi-
unt, & versum suum, hoc est, ineptum
faciunt.

Ita *Æneide sextâ:*

Venisti tandem: tuæque spectata parenti
Vixit iter durum pietas? —

libratâ itidem modulatione ad Græ-
cam dimensionem. Ita enim *IVL.* Sca-
liger & *I.* Passeratius & alij legendum
probant, vel è *Servij* sententiâ, qui *probat*
interpretatur: ut & is haud dubiè *spe-*
ctata agnoverit; nō, *expectata*: ut ibi plu-
ribus

ribus docuimus. Imitati sunt hic pu-
blicum hunc magistrum è veteribus a-
lij etiam.

Tibullus lib. 1. eleg. 5.

Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.

Stattius, Poëtarum Phœnix, si hunc no-
strum tollis, 6. Thebaid.

*Præceleres: agile studium, & tenuissima
virtus.*

Juvenalis, princeps Satiræ Rom.

Oculta spolia & plures de pace triumphos.

Prudentius, omnium Poëtarum Chris-
tianorum prudentis, & eruditis Con-
tra Symmachum:

Non nudo suspensa pede, strophioq; recincta.

Idem in Hamartigeniâ:

*Mitte alia stolidi bacchantis gaudia mun-
di.*

Idem Præfat. in Symmachum:

Vibrato capite spicula dentium.

B. Fulgentius Afer. Episcopus: lib. 1.
Mytholog.

Reclor, & auratis colla spoliabat habenis.

Hinc & fit, ut in universa veterum Poë-
tica nusquam corripatur re in rescribo,
respondeo, restituo, & similibus: neque i.
in omniscius, dentiscalpium, & si qua huius

Floruit cir-
ca an. Chri-
sti D.

P

notæ:

notæ: quantumvis in *retrudo*, & *scēdistrā-*
gus, nav fragu, ubi debilis positio (ut vo-
 cant) dominatur, corripitur. Quam-
 vis interea non nesciam alios è primâ
 etiam classe Poëtas contrâ fecisse, Lu-
 cretium, Horatium, Ovidium, Proper-
 tium, alios fortè: ut,

Vnde sciat, quid sit scire & nescire vicissim.

*Sæpe stiliu n vertas, iterum quæ digna legi
 sint Scripturus.*

Vivere spe vid', qui moriturus erat.

Consuluitq, striges —————

Tamen in tanto numero carminum
 tanta horum paucitas est, in germanis
 præsertim & incorruptis Codicibus; ut
 in nullo panè numero habenda sint.
 Certè *Martialis* hanc licentiam nusquam
 sibi licere putavit; quod ego quidem
 sciam: nec *Tibullus*, quod certò scio,
 & sæpè mecum tacitus miror. Nam
 quòd quis casu sic factum argutetur,
 meras nugas egerit: cum hodie in unâ
 aliquâ elegiâ sæpiùs occurrat, quam a-
 pud omnes veteres classicios. Vbita-
 men Interpretes & Grammatici, ut di-
 ximus, ferè excusare factum conantur:
 eo ipso innuentes, insolens id esse, &
 usitatos canonas transilire. Veluti in
 illo *Horatij Serm. 1.*

Linguis

Linquimus insani ridentes præmia scribæ,

ubi Priscianus auctor est, s subtrahi debere, more veterum. Hodie autem nemo quisquam ferè est, qui in talibus de velo aut prætextu cogitet. Vnus Paulus MELISSVS popularis meus, qui non nemini è veteri Latio palmã ambiguã facit, ad obrussam aurium, ut sic dicam, hoc asperum affricuit, & à Poësi suã curiosè abstinuit, meq; ut idem facerem, multis argumentis hortatus est, quæ hîc non recoquam. Credo eundem & GRVTERO tandem persuasisse. Nam in Notis suis ad Medeam versu III, actus i.

Multifidam iam tempus erat succendere pinum;

hæc annotio legitur :

V E R E reprehenduntur à Delirio, qui hîc substitutum eunt *pinum*: cuius rationibus addatur licet; à voce tali abhorrere figurã verlus. neq; enim usquã ferè Seneca syllabã corripit quæ præcedit *sc. sp. st. &c.* Quod semel dictum

dictum SEMPER meminerit
iuventus & IMITETVR.

Hæc ille:

Quæ ego per occasionem vobis insinu-
are volui, & fortè etiam debui.

Fœdeq; patentis) *Patet ictibus*, qui nullo
modo aduersarij ictus repellit, sed re-
cipit. *Scaliger.*

Somni languore remoto) *vix dem-
primùm expergiscebatur.*

Iam quatit & bijuges oriens Erebo
cit equos Nox.) *Notatio Noctis orientis.*
Versus autem hoc modo amplioris so-
ni est, & $\kappa\omega\mu\pi\omicron\delta\epsilon\sigma\epsilon\gamma\theta$, quàm quomo-
do Scaliger malebat, *Iam quatens byuges*
&c. In 2. Aeneid.

*Noctis no-
tatio.*

*Versus in
monosyllabō
tuens.*

Verritur interea celum, & ruit Oceano nox:
pro, nascitur ex Oceano. Corruit & hie
versus in monosyllabon, copiâ multarum
Syllabarum in unam Syllabam
coactâ. In quo diuinus Poëta ad motus
celeritatem adspexit, singulari artificio.
De quo Scaliger, dæmonium ille homi-
nis, in Opere admirabili Poët. lib. 4. c.
16. & 48 & lib. 5. c. 3. *Quatit*, supple fla-
grum: quod mulionum & aurigarum
est signum, $\kappa\omega\mu\pi\omicron\delta\epsilon\sigma\epsilon\gamma\theta$, quum profe-
cturi sunt. *Iuvenalis:*

Quatere.

motus

— motâ iam mulio virgâ

Annuit. — Et Noctem bigis vehi, ut Lu-
nam mulis, Solem quadrigis, supra copi-
ose docuimus, versu 2. Apuleius ele-
ganter. *Aurora, roseum QUATIENS latera
rum, celum INEQUITABAT.* Suprà:

*Candidaq; aurato QUATIEBAT limina
CURRU.*

Erebo cit.) Ab inferis excitat tene-
bras, quæ inibi perpetuæ.

Piger vesper) Piger, id est serus, tar- Piger ve-
esper.
dus. Eâ enim anni tempestate dies lon-
giores erant, & NOX serius appete-
bat.

Aurato.) aureis Phæbi occidentis
radijs circumfuso. Sed de hoc iam dixi-
mus versu 42, ut & de monte Oetâ.

Vesper) qui Plauto est *Vesperugo*, item *Vesperugo* &
Nocturnus, quòd Noctem ducat: qui com- Nocturnus.
muni nomine *Veneris stella* dicitur, & *Lu-
cifer*. Luctatius vetus interpres Statij: *Lu-
cifer & manè oritur & vesperè*, sed equo murato,
manè scilicet candido utens, vesperè susco. Unde & *Lucifer* &
desultor nominatus. Vide interpret. ad Plau- Desultor.
ti *Amphitr.* act. 1. Sc. 1. Porro *luculen-
tissimam Noctis descriptionem* habet Fulgen-
tius Episcopus *Carthag.* lib. 1. Mytho-
logi.

logiarum: quæ digna certè est, ut hic etiam legatur.

SOLVERAT ignivomus mundi regione
peractâ

Quadrupedis gelidumq; rotis reperfecerat
bena

Rector, & auratis colla spoliabat habenis,
Iam Phœbus disjungit equos, iam Cynthia
iungit :

Quasq; soror liquit, frater pede temperat un-
das.

Tum Nox stellato mundo circumlita peplo,
Cœrula rorigenis pigrescere iusserat alis:
Astrigeroq; nitens liademate Luna bicornis
Bullatim biugis conscenderat æthera TAV-
RIS: &c.

(Compulso grege) De verbo *compellere*,
quod in hâc re dominatur, diximus su-
prâ, v: 116.

Duplicantibus umbris.)

Noſter Eclog. 2.

Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras.

In feſſos requiem dare comparat ar-
tūs.)

Æneid 8.

— ſeramq; dedit per membra qui-
etem.

Com-

Comparat) unâ operâ & simul pa-
rat.

Levior somnus intravit per corpo-
ra.) Eneid, 5.

Vix primos inopina quies laxaverat artus.

Tibullus :

Et cum te fuso somnus velavit amictu.

Propertius.

Dum me iucundis lapsam sopor impulit alis.

Effuso sopore) Sopor effusus. Inde &
liquidus & irriguus dicitur somnus. Valerius Somnus *ef-*
Flaccus : *fusus; liqui-*

———— *alta quies. liquidusq; potentia somni.* *duis, irriguus*

Perfius Satira V.

Hic satur IRRIGVO mævuli turgescere somno.

Lücretius libr. V.

———— *somnus per membra quietem Irriguit*

Effigies ad eum Culicis devenit.)

Effigiem το ειδωλον vertit. Tamen, inquit *ειδωλον*,
Scaliger, potuerat dicere *speculum*. Sed *speculum*,
nondum satis erat in usu. Primus e-
nim Catus Insuber ειδωλον Epicuri *spe-*
tra vertit, ut autor est Cicero. Lucili-
lius, quia eo tempore Romani, que mo-
do Latine dicerent, non habebant, Greg-
sam vocem usurpavit :

P 4

Eidola

Convicia
canere.

Conviciium
domus.

Manes.

Charon.

Eidola atq; atomos vincere Epicuri votam.

Cecinit conuitia) pastori quoddam quasi carmen *ecentavit*, siue flagitium fecit, ut est in XII. Tabb. & apud Plautum Mercat. act. 2: 3. & actu 1. Sc. 1. ubi (ut in transcurso dicam) *convitium domus & familie* venuste appellatur filius nequam. Lucanus in panegyri.

Stridula cum rapido faciunt convicia Soli,
scil. Cicadae.

Quae delatus.) *Defert hoc crimen,*
δεχαισμος. Scalig.

Manes) inferi. Quid *manes* proprie docet Martian. Capella in connubio Philologiae. Et ij quidem tam boni, quam truces sunt: quos *αγαθὸς καὶ κακὸς δαίμονας* memorat Graia discretio.

Mea viscera) mei simulacrum.

Præda Charontis) Charon — *Ægyptia* navita turpis aqua, ut appellatur Tibullo: *Portitor inferorum* Propertio: nam & Charon portitorem Ægyptijs significat: ut doctis quibusdam videtur. Unde & *χαρώνεια*, quasi Charontis ostia & portus, quæ Romani deorum Manium ostia appellabant. Iuvenalis *Portus* vocat.

20871135

Hoc
mine
aliis

— terrumq; novitius horret Porthinea —

Propert. lib. 4. el. ult.

Vota movent superos : ubi portitor ara rece-
pit,

Obserat herbosos lurida porta rogos.

Hoc monstrum vectoris luculento caro-
mine celebrat Seneca, (seu quis auctor
alius) in Hercule Furente, actu. 3.

Hunc servat amnem ciliis & adpectu hor-
ridus

Fridosq; manes squalidus gestat senex:

Invexa pendet barba : deformem sinum

Nodus cohercet : concavae lucent † genae :

Regit ipse conto portitor longo ralem.

† Ita MS.
Palat. Grut.
suspiciabatur
lugent, ut ho-
videt fuisse
velit. Mea
lissus, livento

Nostrer Aeneid. 6.

Portitor has horrendus aquas & flumina ser-
vat

Terribli squallore Charon : cui plurima
mento

Canicis inculta iacet : stant lumina flam-
ma.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

P S

ipso

Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora iymba:
Iam senior, sed cruda deo viridusq; senectus.

Præda agor. Magnificè de se Culex,
Præda agor. præda agor: tanquam de vasto & nobili
Abactor: aliquo armento, & propriè, agor. Vno
Abigeus. de Abactor, Paulo Icto: & Abigeus, Vlpia-
no, ἀπελάτης: qui pecora abigit sur-
tim è pascuis stabulisve.

Templum,
in cælo, in
terrâ, sub
terrâ,

Templis.) **Templum,** auctore Varone
& suffragante Scaligero, tribus modis
dicitur: ab Naturâ, ab Auspicio, ab Si-
militudine. Naturâ, in cælo: ab au-
spicijs in terrâ: ab similitudine, sub
terrâ. In cælo **templum** dicitur, ut in
Hecubâ:

O magna templa celitum
Commista stellis splend. div.

Quod quidem totum nihil aliud est,
quam σεροπὰ Διός. **Templa cæli** Æschylo
τεμείνη αἰθέρι. In terrâ **Templum** dici-
tur; ut in Peribœâ Pacuvij:

Ardua per loca agresti
Nuntur, ac trepidante gradu,

Saxag.

*Saxa, strueta Bacchi,
Altaq; templa prope aggreditur.*

Sub terrâ, ut in Andromachâ Ennij:

*Acherusia templa alta orci pallida,
Leti obnubila, obsita tenebris loca.*

Autore Festo, Templum est locus quivis patulus & conspicuus: vel, ex quo in omnes partes circumspici possit unde verb. *Contemplari*; *Sich frey umbsehen.* Hic igitur Culex pastorem quasi in rem præsentem ducit, & *Penitus* ostentat, quo pacto apud inferos flammis omnia pelluceant, & miris monitris infesta sint.

*Contem-
plari.*

Tertullianus.

Impete tartareo ferdeat incendia mundo.

— stagnant flammantia viru.

Da ist Lien vnd Kolen Wolfseiler/
als am Siechtelberg.

Tisiphone.) Furia Noctis Acheron- Furia:
tisq; filia tres sunt, *Alce*, *Tisiphone*, *Megæ-
ra*: quas tormentis scelerum veteres esse
voluerunt, ut ait Cicero: *De Diva vcca- Diva:*
ri in caelo, Eumenides apud inferos, quas Eumenides.

in terrâ. Easque serpentibus armatas
credebant: ut in Tiphonis imagine
Statius lib. 1. Thebaid.

*Centum illi stantes (erectæ: ut in metu ma-
gno de Aeneâ Virgil. Obstupui stete-
runtq; comæ) umbrabant ora cerastæ,*

*Turba minor diri capitis, sedit intus abactis
Ferreâ lux oculis: qualis per nubila Phæbes
Attracæâ rubet arte labor, suffusa veneno.
Tenditur ac sanie gliscit curæ: igneus atro
Ore vapor: quo longa sitis, morbiq; sa-
mesq;*

*Et populis mors una venit, viget horrida
tergo*

*Palla, & cærulei redeunt in pectore nodi.
Atropos hos atq; ipsa novat Proserpina cul-
tue.*

*Tum geminas quatit illa manus, hæc igne
rogali*

*Fulgurat, hæc vivo manus æta verberat hys
dro.*

Et Ovidius 4. Metamorphos.

*Tiphone canos, ut erat turbata, capillos
Movit, & exstantes deiecit ab ore colubros.*

Nec

P. VIRG. MARONIS 235

Nec mora s; Tisiphone madefactam sanguine
sumit

Importuna facem, fluidoq; cruore rubena
tem

Induitur pallam, retroq; incingitur angue s;

Egrediturq; domo. Luctus comitantur euno
tem,

Et Pavor & Terror, trepidog; Insania vul-
tu.

Serpentibus compta.) Catullus in
nuptiis pelej:

Fumenides, quibus ANGVINEO redi-
mita capillo

Frons exspirantis præportat pectoris iras.

Tibullus lib. i. eleg. 3.

Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus an-
gues

Sevit & c.

Quatit.) Quatit mihi verbera, Sie
schmeißt vff mich zu/das es klatscht.
De eadem noster Æneid 6.

Continuo fonte s ultrix accincta flagello

Tisiphone QVATIT insultans, torvosq;
sinistrâ

Intentans ANGRES

Clau

Claudianus, Poëta maximus, in De raptu Proserpinæ lib. 1.

Coniurant Furia: crinitaq; fontibus hydri
dris

Tisiphone quatiens infesto lumine pinnum.

De iisdem Furiis Seneca Agamemnone
act. 3. v. 755.

Instant sorores squallidæ,
Sanguinea iactant verbera:

Fert læva semustas faces,
Ardentq; pallentes genæ:

Et vestis attri funeris
Exesa cingit ilia:

Strepuntq; nocturni metûs &c.

Quatere. Nam *quatere* diximus esse tesseram aurigarum, quando profecturi sunt. Welches die Fränctischen Kärner meist sterlich können.

Pœna, id est, Furia. Pœna. Pœna hic Furia est: quod docet Scaliger: ut & infra; v. 372. Græcis τῶν ἰνῆ, ut apud Suidam & Epictetum lib. 2. cap. 20. Ita Plutarchus ἐργασίῳ:

1191

καὶ ποινὰς καλῶσιν αὐταῖς, καὶ τοῖς ἀνδρά-
 σιν ἔργιζομένης, ἔπι σωφρονέσιν. Atq; in
 eam partem in quam accepit Plutar-
 chus; interpretandum censet Scaliger
 apopthegma de Vxore, ἣν μὲν αἰσχρὰν,
 ποινὴν. ἣν δὲ καλὴν κοινὴν: Si deformem aut Vxor defor-
 invenustam duxeris, habes pœnam, id est, Fu-
 riam: Si formosam; Communem. Terentius est, id est,
 in Eunucho Cruces appellat: Furia,

— illis crucibus, quæ nos nostramq; adole-
 scentiam

Habent despiciam ———

Varro Eumenidibus.

Tertia Pœnarum Infamia,
 Stans nexa in vulgi pectore.

Cerberus &.) Cerberus, Plutonis o-
 stiarus: Qui, ut ait Propertius, tribu ir-
 ferentem custodit faucibus antrum. Quem & Eu-
 ripides θῆρα τριῶσκηρον vocat.

Noſter Æneid, 6.

Cerberus hæc ingens latratu regna tri-
 fauci

Personat adverso recubans immanis in
 anuro.

Horæ

Horatius lib. 3 Odâ II.

— *la. itor aulæ*
 Cerberus, quamvis furiale centum
 Muniant angues caput eius, atq;
 Spiritus teter saniesq; manet
 Ore trilingui.

Stattius lib. 2, Thebaid.

illos ut cæco recubans in limine sensit
 Cerberus, atque omnes capitum subrexit
 hiatus,
 Sævum & invanti populo. iam nigra ir-
 mebat
 Colla minax, iam sparsa solo turbaverat
 ossa &c.

Hunc tamen Hesiodus $\omega\epsilon\tau\eta\kappa\omicron\nu\tau\alpha\kappa\epsilon\phi\alpha\lambda\omicron\upsilon$, facit. Cerberus autem dictus, quasi $\kappa\omicron\gamma\epsilon\alpha\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, Carnivorus: & sub involu-
 cro fabulæ Terram notat, quæ omnia ani-
 mantia tandem devorat.

Cerberus &.) Repete ἀπό κούρῃ, *sæva*
quam verbera.

Horreere.

Horrent cui colla.) Id est, stant,
 plena sunt, squalent. In veteribus e-
 dit.

Ru
 des?)
 bibus
 pud r
 rander

Vl
 Sic erg

Herod

xii: Ka

viuetu.

Tà de

Et ai

nam. si

quicquid

inacum

In

Pastori

si præf

nui, de

orgete

mer se

Ac

ven: us

stor m

pit.

Rure recessit Iustitiæ prior illa fi-
des?) *Astræa* enim siue *Iustitia* cum ex ur- *Astræa*
bibus olim discessisset, diu in agro & a-
pud rusticos commorata est: à quibus
tandem etiam in cælum migravit.

Ovidius:

Ultima Cælestium terras Astræa reliquit.

Sic ergò hic expetijt in Culicem, quod
Herodianus in Oratione Pertinacis di-
xit: καὶ τὰ μὲν θεὰ τῶν ἔργων αἰὲ μνημο-
νεύεται. τὸ γὰρ λυπῆται δυσεξάλειπτον.
τὰ δὲ χροῖσά, αἶμα τῆ δόσπλάυσει, καὶ τὴν
ἐπὶ αὐτῷ μνήμην συναραλίσκει. *Iniuria-*
rum. si quæ facta sunt, semper est memoria: Et
quicquid offerdit, agrè eximitur: et beneficiorum
vnà cum ipso fructu vsuq; memoria perit.

Instantia vidi alterius &c.) Q. d.
Pastoris mortem imminentem & qua-
si præsentissimam vidi & vitare mo-
nui, de meâ interim planè securus. *Hier*
sergte mich nicht / das der Kornhan
mer so grob sein würde.

Ad paries agor euentûs.) Q. d. E-
uentus & *ultima ista excessus*, quam Pa-
stor meo monitu vitauit, me exce-
pit.

) 2

Sic

Sit pœna merenti, Pœna sit exitium) Agè plectar sanè, & mihi pœna pro beneficio sit : dum tamen si cui gratus animus est , is parem gratiam mihi referat. Si qua est gratia, mutuis officijs me remuneretur. Ita Scaliger locum hunc corruptissimum & perturbatissimum restituit & explanavit.

Cimmeriũ.

Inter Cimmerios lucos) *Cimmerium*, vetus opidum prope Cumas, ad Acherusiam paludem, ubi descensus credebatur ad inferos. Ideò *Cimmerios lucos* pro inferno posuit.

Densere,
non
Densare.

Densentur) Rectè ita Scaliger è vet. libris edidit; non, *densantur*. Vbiq; ferè corruptum est hoc verbum, cum *densere* sit germanum, non *denso densare*. Ita apud Horat. lib. 1. odâ 28.

Mista senum ac iuvenum densentur funera.

Ita noster 12. *Aeneid.*

——— *Vos vnanimi densere cateru as,*

Aeneid. 7. Aqmina densentur campis —— ita enim & Servius ibi legit,

Ouid. 14. *Metamorph.*

Tunc quoq; cantato densetur carmine cœlum,

Lucret.

Lucret lib 1.

— quia se condenseat aër.

Quemadmodum in his & alijs locis Lambinus & Gifanius ex antiquissimis & optimæ notæ libris legunt. *Densentur* autem, id est cumulantur, exaggerantur, stipantur, & quasi compilantur. Ita mox *desent*.

In omnia) Scil. circumiacentia: ut Domitius explicat. Sic versu 241. *Gutturis arenæ revolutus in omnia sensu*. id est, in omnem partem.

Terreor insistere.) toto animo abhorreo ista cruciamentorum monstra propiùs accedere. *Es schawert mir Haut vnd Bein.*

Otos) Otus & Ephialtes, auctore Homero (cui tamen de origine horum cum reliquis scriptoribus non convenit) *Odyssæâ XI.*

Otus
Ephialtes

— Neptuni duo pignora magni.
Nutrit hos parvos tellus. Pulcherrimus horum

*Natus uterq; fuit post eximium Oriona.
Atq; novem cubitos ambo crevere novem-*

*nes
In latum: longumq; novem corpus fuit vlnas.*

) (3

Fi

*Hi superis bellum congestis montibus ausi
Inferre*

Immanis) Nostri : unmenſchlich
gros. Natalis-de-Comitibus Mytho-
log. libr. 6. cap. 2. & alij quidam, hos
cum Gigantibus confundunt cum di-
ſtinguendos conſtet vel ex Apollodoro
lib. 1. de Originibus Deorum. Gigantes enim
Opis & Cæli filios; Alcidas (id eâ, Otum
& Ephialten) Iphimedæ (Triopis fi-
liæ, Aloëi uxoris) & Neptuni eſſe cer-
tum eſt, eosque quotannis latitudine
cubitum, longitudine verò ulnam cre-
viſſe. Qui ubi nonum explevêre an-
num, Iovi bellum intulerunt. Et
mantibus congestis de mari continen-
tem, deque terrâ rursus maria ſe reddi-
turos iactabant. Quin etiam Ephial-
tes Iunonem, Otus autem Dianam ſibi
coniugem depoſcebant. Martem de-
nique in vincula coniecêre: quem Mer-
curius furto eripuit &c. Hos & noſter
intellexit Aeneid. 6.

*Hic & Alcidas geminos, IMMANIA
vidi*

*Corpora, qui manibus magnum reſcindere cæ-
lum*

Aggreſſi, ſuperisq; Iovem deſcendere regni.

Item

Item 1. Georg,

Et coniuratos caelum rescindere FRATRES.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam &c.

Et Tityos) Tityus Latonam Iovis a-
micam, Apollinis matrem de stupro ^{Tityus}
interpellavit: atque ob hoc facinus ab
Apolline sagittis traiectus hoc suppli-
cio afficitur. De eodem noster, E-
neid. 6.

Nec non & Tityon, Terræ omnipotentis ad
lumnium

Cernere erat: per tota novem cui iugera
corpus

Porrigitur: rostroque immanis vulsur ob-
urco

Immortale iecur tendens, fecundaque pœ-
nis

Viscera, rimaturque epulas: habitatque sub
alto

Pectore: nec sibi requies datur vlla renas-
tis,

Tibullus lib. 1. eleg. 3.

Porrectusque novem Tityus per iugera terre
Adsiduas atro viscere pascit aves.

) (4

Hora:

Horatius lib. 3. Odâ 4.

Incontinentis nec Tityi jecur
 cur

Relinquit ales, nequitiae addi-
 tus

Custos ———

Seneca in Thyeste act. 1.

Aut poena Tityi semper accrescens
 jecur

Visceribus atras pascit effossis a-
 ves?

Et nocte reparans quicquid amisit
 die,

Plenum recenti pabulum monstro
 jacet?

Porro quid fabula Tityi significet, doc-
 euit Lucret lib. 3.

Sed Tityus nobis hic est, in amore
 jacentem

Quem volucres lacerant, atq; exest
 anxius angor:

Aut aliâ quâvis scindunt cuppedi-
 ne curæ.

Alicis,

Alitis.) Scil. vulturis. Ennius de
Metio Fuffetio quadrigis distracto :

Vulturus in silvis miserum mande-
bat hemonem.

Vulturus.

Heu quam crudeli condebat mem-
bra sepulcro :

Nam & venter & os sepulchrum appel-
lantur. Vnde & David Propheta Pſal-

Venter, os
sepulchrum.

mo 1. τὰ φάρμακα αἰσώμεν ὁ λαὸς γὰρ αὐ-
τῶν. *Ihr Schlund ist ein offener Grab/*

interprete Luthero nostro. Ad quem
locum haud dubie allusit Optatus Afer
lib. 2. adversus Parm. V N D E furori ve-
stro tanta fames innata est, ut guttura vestra se-
pulchra patentia fecerit? Vnicuique sepulchro sus-
ficiit unum funus; & clauditur. Gutturum vestro
bonorum funera minime sufficiunt: & adhuc pa-
tent, dum aliquos quaeritis devorare. Val. Max.
lib. 4. cap. 6. de Artemisſiâ: Quia enim aut
eos colligas, aut de illo inclyto tumultu loquere:
cum ipsa Mausoli vivum ac spirans sepulchrum si-
bi concupierit, eorum testimonio, qui eam extincti
ossa portione adpersâ bilisse tradunt. Huc per-
tinet locus Apuleji lib. 5. Metamorph.
At hic iam tua est existimatio, utrum sororibus pro
tua cura sollicitis adferri velis, & declinatâ mor-
te nobiscum secuta periculi vivere, an servissimæ,

bestia

bestiæ sepeliri visceribus. Quintilianus Decla-
mat. 12. *Æstuant adhuc intra pectus sepulta ven-
tribus nostris cognata viscera.* Lycophron
Chalcidensis in Alexandrâ obscuro
Poëmate:

πολλῶν γὰρ ἐν σπλάνοισι τομὴ δθήσεται
βρωθεῖς πολυσίχοισι καμπέων γνάθοις
νήριμ' ἔσμεός. ἰδ' Ἰπὶ ξένης ξένοι
Παῶν ἔρημοι δεξιῶσονται εἴφες.

Hoc est, interprete Iusto Iosepho Scal-
ligero:

*Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens, hospiteſq; in hispice
Terra subibunt busta cognatis procul.*

Nec abludit, quòd vultures τάρφοι ἔμψυ-
χοι sunt appellati. Quemadmodum au-
tem os & venter sepulchrum nuncu-
pantur: ita reciprocè Saturnus devo-
rasse filios dictus est, quos extulerat
sepelieratq;: quomodo noster Meursi-
us cariosè disputavit

Tantalus.

Ad stygias revocatus aquas.) Tanta-
lus Iovis F. Agamemnonis & Menela-

i avus

ī avus, rex Corinthiorum, eā lege damnatus prædicatur, quasi in Eridano infernali mersus ad labrum usq; interiorius consistat, qui tamen, quoties se ad bibendum inclinet, penitus auferatur. arbores item, ut pyros, mâlos Punicas, ficus, olivas ori impendere: quorum tamen fructus cum captet, capere nullos possit vi ventorum & nubium ablatos. Vnde de eodem Ovid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

Horat lib. 1. Satirâ 1. ubi fabulam ad avaros trahit, & qui frui quæsitis nolunt:

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina ———*

Seneca in Agamemnone, act. 1. vers. 18.

*Et inter undas fervidâ exustus siti
Aguas fugaces ore decepto appetit,
Penas daturus cæcūm dapibus graves.*

Hippolyto act. 5. v. 1227.

Me ludat amnis ora vicina alluens.

Idem ibidem act. 3 v. 765. de eodem:

*Et ecce defessus senex
Ad ora ludentes aquas
Captat.*

Ita

Ita in Cercule Heræo, v. 941.

— *me vagus fugiat la' ex ,
Meamq; saltax unda decipiat sitim.*

Cur autem Tantalus hâc lege apud inferos sit damnatus, dissentientes sunt sententiæ. Nam, ut ait Plinius, *vagantur fabulae*. Quidam dicunt fieri, quod filium Pelopen dijs, quos convivio acceperat, apposuerat: de quo Ovidius 6. Metamorphos. Sect. 6. Quidam, quòd sermones quosdam deorum evulgaverat. Idque ipse Tantalus fatetur apud Senecam in Thyeste, act. 1. v. 91:

———— *ingenti licet
Taxata pœnâ lingua crucietur, lo-
quat.*

Et ad stipulatûr Euripides in Oreste:

ἐπι θεοῖς ἀνθρωπῶν
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον
αἰκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην
κόσμον.

Rem

Rem totam prolixè narrat Chorus in
eâdem Thyeste Senecæ:

DIVISVS QV E tuâ est, Tantalus, dex-
terâ,

Mensas ut strueres hospitibus deis.

His æterna fames prosequitur cibos.

Hos æterna sitis: nec dapibus feris

Decerni potuit pœna decentior.

Stat lusus vacuo gutture Tantalus,

Impendet capiti plurima noxio

Phineis avibus præda fugacior.

Hinc illinc gravidis frondibus incubat,

Incurvata suis scæribus, ac tremens

Alludit patulis arbor hiatibus.

Nec quamvis avidus, nec patiens moræ,

Deceptus toties tangere negligit,

Obliquatq; oculos, oraq; comprimit,

Inclusisq; famem dentibus alligat:

Sed tunc divitiis omne nemus suas

Demittit propius, pomag; de super

Insultant folijs mitia * languidis,

Accenduntq; famem; quæ iubet irritas

Exercere manus: has ubi protulit,

Et falli libuit; totus in arduum

Autumnus † rapitur, silvaq; mobilis.

Instat deinde sitis non levior fame,

* Id est, mæ-
luta.

† Id est, o-
mnis poma

Qua

Qua cum perca'uit sanguis, & igneus
 Exarsit facibus: stat miser obvius
 Fluclius ore petens; quos profugus latex
 Avertit, sterili deficiens vado,
 Con amemq; sequi deserit: hic bibit
 Alium de rapido gurgite pulverem.

H A C autem fabulâ consilium fuit
 Ita M. Ant. antiquis sordidos homines expri-
 D. l. 710. mere: & quod voluerunt optimè sunt
 assecuti. Tantalii parentes sunt, Iup-
 piter & Pluto (Nam Eusebij codicem men-
 dosam puto Diaconi, Didymi, Non-
 ni, & Tzetzi Chiliad 5. histor. 10. li-
 bros sequor) *nympha*, ex felicitate enim
 & divitiis plerunq; nascitur avaritia:
 quæ avari animum totum sibi sic vin-
 dicat, ut eo etiam tempore, quo pre-
 ces concipit, hoc est, Deum exci-
 pit convivio, non sinat illum alia escu-
 lenta proponere, quàm filium propri-
 um; impuras videlicet de coacervan-
 dâ pecuniâ sollicitudines & cogitatio-
 nes; quas Claudianus 1. in Ruffin.
 avaritiæ filias nuncupat:

*Forlag, avaritiæ complexa pectora ma-
 rris*

*Insomnes longo veniant examine cu-
 ra.*

Quia

Quia ve
 primè
 atque v
 mala, n
 ras inqu
 vecans,
 ywys,
 Alx kan
 H
 meritò
 facie, n
 escogit
 vivinum
 espuit
 turæ sua
 amque
 partem
 sissimu
 dum ille
 stitunt
 tionibus
 hiet, ut

Quia verò hujusmodi cogitationes ap-
primè turpes, tetrae & nefandæ sunt,
atque veteres quæ abominabantur ut
mala, *nigra* vocabant, (unde Pythago-
ras inquit *γένεσθαι τῶν μελανδρῶν*,
vetans, teste Plutarcho *περὶ παιδῶν ἀ-
γωγῆς, συνδιατρέψεν μέλασιν ἀνθρώποις
ἀλλὰ κακοθησίαν.*

Et Horatius;

*Hic niger est, hunc tu Romane ca-
veto,)*

meritò illas *Pelopem'*, hoc est, nigrum
facie, nominarunt. Deinde quia ta-
les cogitationes terram sapiunt, neque
divinum aliquid habent, Juppiter illas
respuit; Ceres, terram denotans, na-
turæ suæ convenientibus vescitur, ea-
rumque partem absumit, eamque
partem in quâ totius corporis po-
tissimum robur consistit. Postmo-
dum illo absumpto, *eburneum* Dij sub-
stituunt; quod qui sic terrenis cogita-
tionibus intendat, qui sic gazis in-
hiet, ut post nummos pietatem ac vir-
tutem

tutem statuatur; versa illi in naturam
 peccandi consuetudine, animus ejus
 instar eboris indurescat, atque moni-
 tores, sicut ebur malleos, atpernetur.
 Quamobrem insatiabili opum compa-
 randarum cupiditate vexatus, partis
 divitijs avarus frui non audebit; eique
 tam deerit quod habet, quam quod
 non habet. avaritia illa Furiarum est
 maxima, teste Poëta, Tantalo

*Accubat, & manibus prohibet contingere
 mensas.*

Est eadem saxum illud, quod, ex quo-
 rundam sententiâ (Homeri Odys. 2.
 Pindari Olymp. 1. Eurip. in Ore-
 ste, & Servij in 6. Anejd. Ejus capiti
 impendet. etenim perpetuò avari pau-
 peritatem metuunt, hanc sibi nun-
 quam non existimant imminere; hu-
 jus effugiendæ gratiâ patiuntur mi-
 serias ipsâ paupertate triplo gravio-
 res.

Quid.) Supple, memorem?

Con-

INCIPIT

P.
 Con-
 cruciam
 convin-
 rem.
 qui cum
 Theleo
 inferos
 montis
 quod st
 Poeta v

Saxu

Sisyp

Io

Aut p

sa

S

His hi

Saxu

Seneca

Rede

Fabula

Sisyp

Qui pete

Inhibi

Contempsisse dolor q.) Quem dolor *Sisyphus*.
 cruciamentorum, vel etiam conscientia,
 convincit, ipsum fuisse deum contemto-
 rem. Intellexit autem *Sisyphum*, Æoli F.
 qui cum Atticam latrocinijs infestaret, à
 Theseo occisus, eo supplicij genere apud
 inferos plectitur, ut saxum ingens in
 montis verticem provolvere cogatur;
 quod statim ab alterâ parte relabatur.
 Poeta vetus apud Ciceron. 1. Tuscul.

— *Sisyphu versat*

Saxum sudans nitendo: neq; proficit hilum.

Ovidius:

Sisyphus est illic saxum volvensq; petensq;.

Idem 4. Metamorph. sect. 10:

*Aut petis, aut urges rediturum, Sisyphè,
 saxum.*

Seneca in Hippolyto act. 5:

— *Cervicibus*

His his repositum degravet fessas manûs

Saxum, senis perennis Æolij labor.

Seneca in Agamemnone, act. 1. vers. 16.

— *Vbi per adversum irritus*

Redeunte toties luditur saxo labor.

Fabulam Sisyphi ita explicat Lucret. lib. 3.

Sisyphus in vitâ quoq; nobis ante oculos est,

Qui petere à populo fasces sevasq; secures

Imbibit: & semper victus tristisq; recedit.

Q

NAM

*Nota versus
 hujus nume-
 ros ipso nisu
 sepe deficientes.*

Nam petere imperium quod inane est, nec datur unquam;

Atq; in eo semper durum sufferre laborem:

Hoc est adverso nixantem trudere monte

Saxum, quod tamen à summo jam vertice rursum

Volvitur, & plani raptim petit aquora campi.

Danaides.

Otia.) Cessationem ab infusione aquarum. Historia sic habet: quanquam ab alijs etiã aliter narretur. *DANAVS* Beli patris F. rex Argivorum, è conjugio plurium quinquaginta filias suscepit, quas dum *Ægyptus* frater, cui totidem erant filij, postulasset in nurus, Danaus oraculi responso certior factus, se à genero interfectum iri, Argos profugit. *Ægyptus* filios cum exercitu mittit hãc lege, ut non nisi interfecto Danao redirent, aut filiarum conubia inijsent. Danaus obsidione cinctus, filias ipsis despondet. Sed illæ primã nocte sponso somno & vino sepultos ad unum omnes interficiunt, unaquæque suum, ita à patre instructæ erant. Sola *Hypermnestra* suo *Lynceo* pepercit, cujus epistola affectus amatorij plenissima hodie legitur inter *Heroidas* Ovidij:

CLAVSA domo teneor, &c.

Nomina Danaidum & Maritorum recensent.

eenlet
Ob ho

mnat

ut in v

ctore l

Meg

rente,

Nun

Adeste n

Deest v

Vos quo

Danaid

Ovidi

Asidu

Allus

In pert

Non plur

Sub

certati

Teda

rem, qu

nu, spin

rebatur

unde Si

cenſet Apollodorus lib. 2. Bibliothecę.
Ob hoc igitur facinus reliquę omnes da-
mnatę apud inferos in eam pœnam ſunt,
ut in vas pertuſum, vaſis item pertuſis, au-
ctore Platone, aquas perpetuò ingerant.

Megara apud Senecam in Hercule fu-
rente, v. 497.

*Nunc nunc cruenta regis Aegypti nurus
Adeſte multo ſanguine infectę manus.*

Deeſt una numero Danais. explebo neſas.

Idem in Medeâ, v. 748.

*Vos quoq; urnis, quos foratis irrius ludit labor
Danaides coite.*

Ovidius lib. 4. Metamorph. Sect. 10.

Aſidue repetunt, quas perdant, Belides undas.

Alluſit Plautus Pſeudolo act. 1. ſcenâ 3.

*In pertuſum ingerimus dicta dolium: operans
ludimus.*

Idem eadem:

*Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum
geras.*

Sub lite) Ita Scaliger reſtituit. Nam
certatim κ̄ φιλομυθίας dolia implent.

Tedas accedit Erinnyſ) Reſpexit ad mo-
rem, quo novis nuptis tedę ſive faces e pi-
nu, ſpinâ, carpino, corylo & ſimili præſe. *Tede pro con-*
rebatur. Eæq; apud Aediles incendebatur, jugio.

unde Silius Italicus lib. 6. nuptias appellat

Q 2 sanctæ

— *sanctæ federa rede.*

Vide Nos ad Casinam act, 1. Dicit igitur hic; Faces illas à Furijs accensas, & novis nuptis prælatas esse, pessimo auspicio: quod & furiosa ista Medea apud Senecam, in tragœdiâ sui nominis, indicat:

ADESTE, adeste sceleris ultrices Dea,
Crinem solutis squallidæ serpentibus;

Atram cruentis manibus amplexæ facem:

ADESTE, THALAMIS, horridæ quondam meis

Quales stetistis: conjugii letum nova,

Letumq; socero & regie stirpi date.

Ita in nuptijs Prognés & Pandionis inauspicatis, Ovidius 6. Metam. Sect. 7.

— *non pronuba Iuno*

Non Hymenaus adest; illi non Gratia lecto.

Eumenides tenuère faces de funere raptas:

Eumenides stravère torum, tectog; profanus

Incubuit bubo thalamiq; in culmine sedit.

Erinnys semivirgo bestia.

Erinnys) Jos. Scal. in Cassandrâ Lycophr.

Erinnys semivirgo bestia.

Hymen) Quia de Hymene & Hymenæo, id est, vel deo vel carmine nuptiali, per vulgata sunt omnia, piget aliquid afferre.

Videte vel Epithalamium Manlij & Iulie apud

apud
Muret

Ita
das si
deat
mirun

Co

Medea
suos i

mariti
litatis

tracta

è Gra

rieru

tradu

lus,

Enni

Tacit

temq;

perest

Episto

roida

lib. s

stinu

Ja

Cerna

Athe

gner

apud Catullum, & in illud Scaligeri & Mureti Notas.

Ite, si cui hymen, &c.) Culex Danaidas five Belidas facile absolvit: cum videat majus scelus à Medeâ patrari, nimirum natorum cædem.

Colchida matrem.) *Colchis*, id est, Medea, Ætææ regis Colchorum F. quæ *Medea* suos ipsius filios in conspectu Jasonis mariti trucidavit. Quod nefariæ crudelitatis argumentum auctores varij variè tractarunt, multiq; Medeas scripserunt; è Græcis Euripides, & alij plures, qui perierunt. Etiam Sophocles, facinus hoc traduxit binis fabulis, quarum uni titulus, *Colchides*; alteri, *Scythæ*: E Latinis Ennius, Attius, Pacuvius, etiam Ovidius Tacito & Quintiliano mirè laudatam; itemq; Seneca noster, quæ unica hodie superest planè divini ingenij. Videatur & Epistola Medeæ ad Jasonem, inter Heroidas Ovidij: item Diodorus Siculus lib. 5. & Apollodorus lib. 1, Biblioth. Justinus lib. 42.

Jam Pandionias, &c.) Repete *ἀπὸ κοινῆς*, *Cernam*. Fabula talis est. **PANDION** Athenarum princeps filiam suam *Prognen* Teseo Thracum regi in matrimo-

Philomela:
Progne.

Q 3

nium

nium dedit. Ea in mariti regnum depor-
tata, sororem Philomelam aliquando vi-
dere cupiens, rogat Tereum, ut Athenas
profectus, eam ad solemne sacrificium
adducat. Facit: sed inter vias amore cor-
reptus, virginem corrumpit, & alicubi in
locum solum abstrudit: & ne facinus ulli
possit prodere, linguam ipsi præsecat. Re-
tandem inventâ Progne indignitate fa-
cinoris accensa filium suum Ityn mactat,
& Patri epulandum apponit. Tereus in-
ter mensas de filio quærit. Sorores caput
ejus ante oculos projiciunt his verbis:
Intus habes, quem desideras. Videns ergo
Tereus scelus scelere punitum esse, mu-
lieres infectatur. Sed, Deorum nutu, Phi-
lomela subitò in lusciniam, Progne in hi-
rundinem mutata est: & ipse rex in upu-
pam, quæ prius *Epops* dicebatur: *Itys* in
Phasianum. Pandion dolore extinctus
est. Atque hæc omnia copiosissimè & di-
vinis versibus descripsit Naso in *Com-
mutationibus formarum* lib. 6.

Quarum vox querula est.) Ita etiam
ante Scaligerum ediderat Domitius, an-
no M. D. I. Ita autem & Seneca in *Agamem-
nem*.

Ramo

Ramo ca
Ityn in va
Repete a
Iam tibi
Bistor
quæ ab u
& Callir
est. Ovi
Fessag
Et Thra
Tuta
Orbus.
quitur
Nati
Epops)
ita pingi
ille (Ter
Vertitur
Promine
Nomen
At
xtus à
lynices,
ta inter
nis imp

*Ramo cantat querula Edonis
Ityn in varios modulata sonos, &c
De eadem in Octaviâ.*

Repete adsuetos

Iam tibi QVESTVS.

Bistonius rex) i. *Tereus*, rex Thraciæ, *Bistonis*.
quæ ab urbe *Bistoniâ*, quam Biston Martis
& Calliroës filius ibi condidit, sic dicta
est. Ovidius :

Fessaq; Bistoniâ membra lavabis aquâ.

Et Thraces dicti *Bistones*. Idem Naso :

Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

Orbus.) Quippe qui, ut vetus Poeta lo-
quitur,

Nati sepulchrum ipse est parens.

Unde Ovidius :

— *seq; vocat bustum miserabile nati.*

Epops) Hujus metamorphosin Ovidius *Epops*.
ita pingit :

*Ille (Tereus) dolore suo, peneq; cupidine velox,
Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ:
Prominet immodicum pro longâ cuspide rostrû.
Nomen Epops volucris : facies armata videtur.*

At discordantes, &c.) *Etheocles*, se-
xtus à Cadmo Thebarum rex, & *Polynices*, fratres germani, Oedipi filij, i-
ta inter se pepigerant, ut alternis an-
nis imperarent. Exacto anno Etheocles

Q 4

fratri

fratri regno cedere gravatur. Res ad bellum, & tandem etiam monomachiam pervenit, quâ fratres mutuis vulneribus se confecerunt. Impositi rogo flamma etiam se divisit, tanquam odium, quod inter vivos fuerat, ne morte quidem finitum esset. Quam tragœdiam, præter Diodorum Siculum Histor. 4. & alios **STATIUS**, Poëta ille *non tumidus*, ut nugantur Grammaticorum *παίδες*, sed *sublimis & celsus*, quomodo Lipsio visus; &

Statius Poëta non tumidus.

Quo nullus veterum aut recentiorum propius ad Virgilianam majestatem accedere valuit, quomodo Scaliger censuit; graphicè descripsit, libris præsertim XI. & XII,

Jam truculenta ferunt) Q. d. Etiam post mortem, & apud inferos.

Obvia P.) Obviam facta : mihi occurrens.

Persephone.

Persephone, &c.) *Persephone*, Jovis & Cereris F. Latinis *Proserpina* appellata, quam in Sicilia, ab Orco raptam Poëtæ fabulantur. Quem raptum **Claudianus**, Poeta (judicio Scaligeri) maximus, graphico carmine descripsit; cujus initium est:

*Claudianus.
P. max.*

*INFERNI raptoris equos, afflatâq; curram
Sidera*

P.
Sidera Ta
Iunonis th
Mens con
Comi
rorum r
matrices
næci, fa
ferre cog
nimorum
Aneid. e
Nec pr
o
LVGEN
d
Hic, quos
Secreti c
Silva reg
l
His Phæd
p
Cruelis r
Alces
Admeti
tante O
turum,
plo mor
invenire
qui tam

*Sidera Tanario caligantesq; profunda
Iunonis thalamos audaci promere cantu
Mens congesta jubet.*

Comites H, urget.) Proserpina infe. *Heroides*
rorum regina nobiles foeminas olim a. *apud Inferos.*
marrices, & jam comites suas ut regij Gy-
naeci, faces (ut sic dicam) amoris pra-
ferre cogit : quasi fumum in oculis & a-
nimorum tormentum. De illis noster
Aeneid. 6.

*Nec procul hinc partem fusi monstrantur in
omnem*

LUGENTES CAMPI. *sic illos nomine
dicunt.*

*Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Silva tegit. CVRAE non ipsa in morte re-
linquunt.*

*His Phaedram Procrinque locis, maestamq; Eri-
phylem*

Crudelis nati monstrantem vulnera cernit, &c.

Alcestis) *Alceste*, sive *Alcestis*, Peliae F. *Alceste*
Admeti regis Thessaliae uxor, quo aegro-
tante Oraculum dixit, brevi illum mori-
turum, nisi quis ex conjunctissimis pro i-
pso morti se offerret. Cum autem nemo
inveniretur, ne quidem parentes ipsius,
qui tamen senio confecti, alterum pedem

Q s. quasi

quasi in sepulcrojam habebant; sola uxor juuencula se pro marito morti destinavit, singulari amoris exemplo. De quo Plato 1. Sympos. Euripides in Tragœdiâ cognomine: Apollodorus lib. 1. Claudianus in Laude Serenæ & Stilliconis:

— unum

*Femineæ virtutis opus: quod sponte redempto.
Castra maritali successit Thessala fato,
Inq; suos migrare virum non abnuit annos.*

Idem:

*Credicur Herculeis lucem renovasse lacertis
Fœmina dilecti facis impensa mariti.*

Seneca in Medeâ act. 3.

*Conjugis fatum redimens. Pheræi
Vxor impendit animam marito.*

Sæva cura) *Sævam curam* vocat, quod ut marito consuleret, sibi non pepercit.

Alcyones.

Alcyonas morata est) Exemplum Alcestidis moratum est Alcyonas. Hoc est (ut Scaliger exponit) stupuerunt Alcyones exemplum simile Alcestidis in maritum. Alcyonis pietas in maritum nota est, vel ex Ovidio X I. Metamorphos. *Alcyonas* autem elegantius dixit numero plura-

P.

Marali; p

ctu de mo

de re ele

ginus &

allusum a

erat, A B

tolinus in

Porro in

etiam,

sa suis fa

quam &

er lauda

bsoleris

Hic

amq; int

Chalc

ut videatu

Admerum

nescio quo

os suos fu

mus Chal

entur cur

egere so li

uisse cum

ur ergo V

per. serv

plurali; pro cæteris, quæ similiter ex luctu de morte maritorum perierunt, quæ de re eleganter disputat Dionysius Longinus *de us.* Et putat idem Scaliger allusum ad Poema Ciceronis, cui titulus erat, *ALCYONES*: ut auctor est Capitolinus in Gordianis, statim in initio. Porro in vulgatis editionibus legitur etiam,

— quod seva mariti

Ipsa suis fatis Admeti fata morata est.

Quam & argutissimam lectionem Scaliger laudat: & superaddit aliam et jam ex obsoletis editionibus:

Hic Chalcedonias Admeti cura morata est:

eamq; interpretatur. AN, inquit, opponit Chalcedonias mulieres Alcestidi? ut videatur, quomodo ejus in maritum Admetum pietas insignis; sic harum nescio quod detestabile facinus in maritos suos fuisse? In historijs quidem legitur *Chalcedonias mulieres*, quum loquerentur cum viris, dimidiam oris partem tegere solitas, quod puderet eas concubuisse cum peregrinis ac servis. Videtur ergo Virgilius velle innuere, eas propter servos, interfecisse maritos suos.

Quan-

Quamquam Plutarchus dicit, earum viros perijsse in bello, quod cum Bithynis gesserant, ac cum servis concubuisse. Ergo ita mens esset Maronis : Alcestis apud inferos caret omni curâ, & pœnarum immunis est. Cujus mirum amoris exemplum in maritum omnes Chalcedonias, quibus diversa fuit de maritis cura, remoratum est, ne in eandem sedem scilicet ingrediantur, quam Proserpina pijs uxoribus, Alcestidi, Penelopæ & Eurydicæ adsignavit.

Penelopè.

Ecce Ithaci conjux) *Penelope* Icarij F. unde & *Icariotis* nostro & Propertio dicta, Ovidio etiam *Icaris* : Uxor Ulyssis, qui *Ithacus* hîc à patriâ dicitur. Est enim *Ithaca* insula in mari Jonio, saxis aspera, capris abundans, & in quâ nullus omnino lepus vitalis creditur, hodie *Val du com-pere*.

Ithacus.

Semper—decus) *συνέσις* : cui contraria est *quôsis* : ut,

Quæ me cunq; vocant—

Talia sunt illa, i. Eclogâ :

Semper-Dei.

Namq; erit ille mihi semper-deus.

Terentius, *heri semper-lenitas*. Lucret :

—semper-florentis Homeri. Talia sunt & illa;

Æneid.

*Aeneid. I: ante-malorum, ἰὼν πρὶν κακῶν: Plautia
nunc-hominum mores, ἀνθρώπων ἰὼν τῶν ὄντων
Persâ act. 3: 1.*

Concepta decus) Ita Scaliger è libris excusis, ut sit ἀρχαῖος, *Concepta decus*. Fuit enim Penelope invictæ castitatis exemplar: quæ nullis neq; minis neq; precibus adduci potuit, ut Ulysse totos viginti annos absente, fidem conjugij alijs nuptijs violaret.

Et procul illam Turba ferox juvenum) Procul ab eâ destituta est confusa procorum multitudo telis confixa : quæ toties ambitam exambire nunquam potuere.

Telis confixa) Scil. *Cupidinis, die mie
ein Narren geschossen sind* : ut ego
quidem interpretor. Eo respectu, credo,
nostrates hodie *Schöß* appellant, qui
amore alterius fauciantur, Formula so-
lemnis in tales : *Er ist geschossen. Er
hat ein Schöß. Dis ist mein Schöß.*

Schöß.

—jaculatrix turba, puella.

Unde valdè ingeniosè Lycophron sagittas tribuit Troilo Achillis amasio, cum etiam hominis forma amantem percellat.

Quæ causa, cur veteres Poetæ *Cupidi-
dini tela* affinxerunt. Xenophon ἀπομν. α.

*Cupido' end
seliger.*

*Ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο κα-
λεῖται*

λεῖται

λάντα, ὅτι ἔπρρωθεν οἱ καλοὶ ἰθρῶσκα-
σι. Phurnutus, Τοξότης δὲ (ὁ ἔρως ἐστὶ)
ἔπει πλεγμαῖν ἰνὶ ὁμοίον ἀπὸ τῆς προσά-
ξεως οἱ ἀλισκόμενοι αὐτῷ πάχισιν. A-
ristanetus lib. 1. ὁ ἔρως ἔμετρίως ἐνέ-
λεινε τὴν νεύραν, ὅτε ἔλερπη πέφυκεν
ἢ τοξεία, ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰαυτῷ πρῶ-
σελκύσας πρὸς τὸξαι, σφοδρότατα διεθῆκε
τὸ βέλῳ. Vide Moschi ἔρωτι δραπέτην.
Senecæ etiam Cupido puer teliger dicitur,
Luciano τοξότης, Orpheo τοξάλης, Leonidi
τοξοβόλῳ. Duplicem autem ARCVM Amo-

Schoff-
haus.

Amoris du- vi tribuebant: quorum uno tristitiæ tela,
plex arcus: altero lætitiæ ejacularetur. Sed & TELA
us & Tela. duplicia, pro numero arcuum. Illa plum-
bea, quæ fugabant amorem in amatâ, e-
rantq; apta tristitiæ arcui: altera aurata,
quæ amorem incuterent amanti. Ovi-
dus lib. 1. Metamorphos.

Deq; sagittiferâ promisit duo tela pharetrâ
Diversorum operum: fugat hoc, facit illud a-
morem.

Quod facit auratum est, & cuspide fulget a-
cutâ:

Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine
plumbum.

Hoc Deus in nymphâ Peneide fixit, at illo

Lest

Lest Ap
Protin
Quo
cia me
Haimin
cucit,
pingit S
Impot
Ile lasciv
Tela quâ
Labitur
igne fur
Non hab
Sed vor
Nulla p
Spargi
Quæq; na
Quæq; aa
Siqua fer
Siqua Pa
Semper e
Novit ho
Concitat
Rursus e
Virginu
Et jubet
Vultibus
Thessali F

Lasit Apollineas trajecta per ossa medullas.

Protinus alter amat, fugit altera nomē amātis.

Quomodo mel illud Musarum & delicia meræ, ut I. Meursium nuncupat Melch.

Haiminsfeldm Goldastus, ipse talis; nos docuit.

Porro Cupidinem his coloribus pingit Seneca Hippolyto act. 1:

*Cupidinis
quecumque*

Impotens flammis simul & sagittis

Iste lascivus puer, & renidens,

Tela quàm certo moderatur arcu:

Labitur totas furor in medullas,

Ignè furtivè populante venas:

Non habet latam data plaga frontem,

Sed vorat tectas penitus medullas.

Nulla pax isti puero: per orbem

Spargit effusas agilis sagittas,

Quæq; nascentem videt ora solem,

Quæq; ad Hesperias jacet ora metas.

Si qua ferventi subjecta Cancro est,

Siqua Parrhasiæ glacialis Urse

Semper errantes patitur colonos,

Novit hos æstus juvenum feroces

Concitat flammæ, senibusq; fessis

Rursus extinctos revocat calores:

Virginum ignoto ferit igne pectus,

Et jubet cælo superos relicto

Vultibus falsis habitare terras.

Thessali Phœbus pecoris magister

Egit

Egit armentum, positoq; plectro
Impari tauros calamo vocavit.

Induit formas quoties minores,
Ipse qui coelum nebulasq; ducit?

Candidas ales modò movit alas.

Dulcior vocem moriente cygno:

Fronte nunc torvâ petulans juvenem

Virginum stravit sua terga ludo.

*
U est, per
Mare Neptu-
ni.

Perq; fraternos* nova regna fluctus,

Vngulâ lentos imitante remos,

Pectore adverso domuit profundum,

Pro suâ vestet timidus rapinâ.

*
id est, Luna.

Arsit obscuri dea clara mundi*

Nocte desertâ, nitidosq; fratre

Tradidit currus aliter regendos,

Ille nocturnas agitare bigas

Discit, & gyro breviora flecti.

Nec suum tempus tenuere noctes,

Et dies tardo remeavit ortu,

Dum tremunt axes graviore curru.

Natus Alcmenâ posuit pharetram,

Et minax vasti spoliū leonis,

Rassus aptari digitis smaragdos,

Et dari legem rudibus capillis:

Crura distincto religavit auro,

Luteo plantas cohibente focco:

Et manu clavam modò quâ gerebat,

Fila deduxit prope ante fuso.

Vidit

Vidi
Lydia re
Terga
Sederat
Tenuem
Sacer es
Nimium
Cingitur
Candida
Hec regn
Spicula
Carulus
Flamma
ignes se
Venere i
Grege pr
Si conjug
Piscum i
Et mugitu
Signa fur
Ina tigr
Tunc vul
aper, &
Pani qua
Cum mo
Murmur
Bellu. por
Vendicat o

Vidit Perses, ditisq; ferax
 Lydia regni, dejecta feri
 Terga leonis, humerisq; quibus
 Sederat alti regia coeli,
 Tenuem Tyrio stamine pallam.
 Sacer est ignis (credite laes))
 Nimumq; potens; qua terra salo
 Cingitur alto; quaq; aetherio
 Candida mundo sidera currunt.
 Haec regna tenet puer immitis,
 Spicula cuius sentit in imis
 Carulus undis grex Nereidum,
 Flammamq; nequit relevare mari.
 Ignes sentit genus aligerum.
 Venere instinctus suscipit audax
 Grege pro toto bella juvenis.
 Si conjugio timuere suo,
 Poscunt timidi praelia cervi,
 Et mugitu dant concepti
 Signa furoris: tunc virgatas
 India tigres decolor horret.
 Tunc vulnificos acuit dentes
 Aper, & toto est spumeus ore.
 Pani quatiunt colla leones,
 Cum movit amor: tum silva gemit
 Murmure saevo. amat insani
 Bellua ponti, * Lucaq; boves.
 Vendicat omnes natura sibi.

*
id est, Ele-
phantes.

R

Nihil

Vidit

*Nil immane est, odiumq; perit,
Cum jussit amor; veteres cedunt
Ignibus ira. quid plura canam?
Vincit sevas cura novercas.*

Eurydice.

QUIN misera Eurydice) Orpheus
Eurydicem, quam solus Mimnermus a-
pud Athenæum *Αγρίον* vocat, uxorem ha-
buit. Ea vim Aristæi fugitans, à serpente
occiditur, Orpheus desiderio amatae ad
inferos descendit, eosq; omnes ita carmi-
ne demulcet, ut Eurydicem ipsi resti-
tuant: ea tamen lege, ne pedisequam
prius respiciat, quam ad superos ventum
esset. Quam legem cum ille amoris im-
patientia migrasset, Eurydice retracta
est. Fabulam descripsit Plato 1. Sympo-
siac. & Noster 4. Georg. & Ovidius in
Metamorph. Seneca in Hercule Fur. act.
2. v. 568.

*Immities potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos & prece supplicis
Orpheus, Eurydicem dum repetit suam,
Quæ silvas, & aves, saxaq; traxerat
Ars; quæ præbuerat fluminibus moras;
Ad cujus sonitum constiterant ferae;
Mulcet non solutis vocibus inferos,
Et surdis resonat clarius in locis.
Deslent Eurydicem Threicæ nurus:*

Dis

Deflent & lacrimis difficiles dei ?

Et, qui fronte nimis crimina retricâ

Quarunt, ac veteres excutiunt reos ;

Flentes Eurydicen juridici sedent.

Tandem mortis, ait, vincimur, arbiter :

Evade ad superos, lege tamen datâ :

Tu post terga tui perge viri comes,

Tu non ante tuam respice conjugem ;

Quam cum clara deos obtulerit dies,

Spartaniq; aderit janua Tenari.

Odit verue amor, nec patitur, moras.

Munus dum properat cernere, perdidit.

Que vinci potuit regia cantibus,

Hec vinci poterit regia viribus.

Pœnaq; respectûs | In historiâ sacrâ & **Loti Uxor**
Biblicâ applicaveris hæc ad **Lotum & u-** **respiciens.**
xorem ejus, Geneseos XIX. quorum illa
Sodomis egressa, contra edictum Angeli,
curiosius respexit,

— & solidata metallo

Diriguit fragili, saxumq; liquabile facta est :

Nec facile nosset, vitrum, lapis, anne metal-

lam est

Succedens homini : nisi sal gustu indices in
pso :

ut elegantissimis Prudentij juxtâ & Avili
versiculis mentem meam explicem.

R 2

Pœ-

Pœnaq; respectus & nunc in te manet,
Orpheu.) Quia respexisti, hujus impo-
tentiæ etiam nunc pœnam luis apud infe-
ros; uxoris vicem, quæ à reditu suo rectâ
in Elysiûm campum migravit.

Aut ulli Ditis placabile numen.) Nam,
ut Seneca in Hippolyto,

— non unquam amplius

*Convexa tetigit supera, qui mersus semel
Adj: silentem nocte perpetua domum.*

**Propertij
Lam.**

Et quod censuit Propertius noster, cujus
(ut censuit Lipsius) versuum tanta sua-
vitas, ut nil nisi mûlta loqui videantur;
tanta eruditio, ut non nisi Phœbo dictan-
te credantur excepti.

*Panditur ad NULLAS janua nigra preces.
Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorata stant adamantæ viæ.*

*Te licet orantem fusca Deus audiât aula;
Nempe tuas lacrymas littora surda bibent.
Vota movent superos: ubi portitor ara recepit,
Osserat herbosus lurida porta rogos.*

Phlegethon.

Phlegethon ardentibus undis) Phlege-
thon enim est à φλέγω. Unde & eruditiss. no-
ster Christian. Beckmanus in Originibus suis
Latinum flagro deducit. φλογρός, flagrans,
ignitus. Seneca in Hippolyto act. 5:
Phlegethon nocentes igneo cingens vado.

Idem

Idem in Thyeste act. 1:

—— alveo medius tuo

Phlegethon relinquit, igneo cinctus freto.

Ibidem extrema:

—— ardenti freto

Phlegethon arenas igneus totas agens.

Obtentu ferrugine mœsta regna Ditis.) *Squalor In-*

Hunc tenebrarum squallorem sic descri-

bit Seneca in Hercule F. act. 3.

Stat chaos densum, tenebraeq; turpes,

Et color noctis malus, ac silentis

Ortium mundi, vacuaeq; nubes.

Poeta vetus apud Ciceronem :

Adsum atq; advenio Acheronte vix : via alta

atq; ardua,

Per speluncas saxis structas asperis, pendensi-
bus,

Maximis : ubi rigida constat crassa caligo in-
ferum.

Defossasq; domos.) Ita Statius lib. 4. *Defosse do-*
Thebaid. *mus.*

—— tibi rector Averni,

Quanquam infossus humo.

Inferis et jam effossâ humo fiebat. Porro
notat Scaliger, in membranâ Contianâ
scriptum fuisse,

Defossasq; domos.

R 3

Et

Cnēfosum.

Et veteres sanè Romanos Cnēfosum pro obscuro dixisse, teste Festo, ππερὶ Ἐκείνου. Sed Virgilium hic ita scripsisse, liquidò dejerare non audet.

Tartarus.

Ad Tartara) Noster Æneid. 6.

— tum Tartarus ipse

Bis patet in præceps tantum tenditq; sub umbras,

Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

Tartarum & Infernum distinguit ille

Inclita Natura MENS LINGVA QVÆ
dicitur Homerus,

Vitima lex hominū, proxima metæ deūm,
in initio Iliad. 8.

Ἡ μιν ἐλῶν ρίψω ἐς Τάρταρον ἠερόεντα,
Τῆλε μάλ' ἤχι βάθυσον ὑπὸ χθονός ἐστι
βέρεθρον,

Ἐνθα σιδήρεαι τε πύλαι ἔχάλλεθ' ἰδὸς,
τόσσον ἔνεργ' αἰδεῶ ὅσον ἕρανός ἐσ' ἀπὸ
γαίης.

Aus ipsum carterum projiciam in Tartarum
obscutum,

Prout valdè, ubi profundissimum sub terrâ est
batathrum,

Ἐβι ferreῶ, porta ἔσ' æρεum pavimentum :

Tantum sub inferno, quantum cælum est à terrâ.

Plu-

Plutarchus: Τάρταρος ἔστι ὑπὸ
 ψυχρότητι κέκληται. δηλοῖ δὲ ἡσίο-
 δος, εἰπὼν, πέρταρον ἡερόεντα. καὶ τὸ ρί-
 γοντα πάλλεσθαι ἔτρεμειν Ταρταρίζειν.

Tartarus dicitur à frigore: quod etiam He-
 siodus docuit, Tartarum appellans aëro-
 sum: & qui horrore tremūt ac quassantur,
 Ταρταρίζει dicuntur. Plato in Gorgia ex-

tremo, Tartarum vocat Vindictæ ac Iustitiæ
 carcerem. quem locum, quæso te, quisquis
 es Auditor vel Lector, vide mihi: & dices,
 scio; Plato semper- Plato, demonium hominis.
 Sed non possū mihi temperare, quin è meo
 etiam Tertulliano, libro de Iudicio Domi-
 ni, versibus divini spiritus plenissimis
 (quantumvis legem Pediam alicubi mi-
 grent) TARTARUM tibi pingam

Tarsars, Poë-
 te Christia-
 ni.

Christianum. Illi autem sunt ejusmodi:
 Tunc avidus rapido est inclusus tartaro igne,
 Atq; procellosis flamma inuis fluctuat undis,
 Totaq; vertentes confundit tetra favillas,
 Flammeus est sulcus, dentes vertuntur acuti,
 Omnibus ἔτ torrens armabitur igneus annis.
 Impetu tartareo srendent incendia mundo,
 Illic præcipiti cursu torrentur in aestu,
 Hinc fugiunt, illinc cursu referuntur acuto
 Obvia sit seve flamma fugientibus ira,

R 4 Agno-

Agnoscuntq; suam jam tum de crimine pœnam,
 Iamq; vaga à nullo tellus possessa cotono
 Aequoris extremo pressa & sub fine profundo,
 Quà sol emenso radio disternat orbem,
 Et quà transacto conduntur sidera mundo,
 Aether gliscit, atris obstrusâ luce tenebris,
 Ultima secretis stagnant flammantia rivis.
 Est natura loci signatis ignea pœnis,
 Inferniq; palus candens ardoribus atrox.
 Intonat ihorrificis facinus pœnale caminis,
 Aestuat, & rapitur lato de vortice flammæ,
 In tormenta ruens, fluctuq; & gurgite sevo,
 Turbida cenoso fundo miscetur harena.
 Huc captiva gemens mittetur turba malorum,
 Arsurumq; nefas, scelerati corporis agmen.
 Magnus plangor ibi, luctus sociante boatu
 Et stridor rabidus, ululatus & inde dolentum.
 Exurgent flammæq; procul, artusq; sonori,
 Ignis inaræscet, gemitusq; feretur ad auras.
 Tunc humana, mali pendet commissa, propago,
 Incipietq; suas ad cœlum tendere palmas,
 Et dominum tunc nosse volet, quem nosse volebat
 Antea non, cum nosse illis foret utile tempus.
 Illic quisq; suæ profitebitur effera vitæ,
 Injustasq; manus & seve crimina mentis.
 Horrescetq; suæ quæ noverit impia vitæ.
 Iam primū quicumq; Deum malè senserat antiè,
 Et vaga mentito coluisset numine saxa,

Atq;

Atq; cruentiferis signis sacraverit aras,
 Et picturatas timuit sine voce figuras,
 A falsi tenues veneratus numinis umbras,
 Et quoscunq; malus seduxit protinus error:
 Si quis adulter erat, si naros ense necarat,
 Si raptor grassatus erat, si fraude clientes
 Listulerat, si mente parum versatus amica;
 Sive suas hominū macularat sanguine palmas,
 Niscueratve latebroso si morte venenum;
 At si vestitus scelerato pectora fūco,
 Sive malo alterius, lucro & gaudebat iniquo;
 Amisit quicumq; nefas quodcumq; malorum;
 Inens ardor eum, atq; ignis torquebit amarus,
 Suppliciumq; dabunt per acerbo funere cuncti.

Prima sic nominum merentum turba jacebit.

Tartara nocte obsita) ita loquitur &
 Ennius: Acherusia templa, alta, Orci pallida,
 Lei obnubila, obsita tenebris loca.

Nec faciles) Unde & Seneca in Herc.
 Fur. act. 2. de inferis :

— & lacrimis difficiles dei.

Dictéo judice) Dictéus judex est Minos,
 ἀπόστοι αἰδραὶ διὰ τὸν δυαταραϊτήλον. **Minos.**
 κρήνη, τὸν Δικταῖον. Dictéus autem, i.
 Cretensis, à Dicté monte Cretæ: ubi olim
 rex fuit. Poetæ tres inferorum judices fa-
 cunt: sicut & Plato in Gorgiâ: omnes
 Jovis FF. Idem tamen in Apologiâ So-

*Tres, an que-
ruor, iudices
Inferorum.*

cratis, ut & Cicero 1. Tuscul. Minoi, Rhadamanto, & Aeaco, quartum adjungunt Triptoleimum. Seneca in Hercule Furente :

— *juridici sedent,*

Et qui fronte nimis crimina tetricâ

Querunt, ac veteres excutiunt reos.

Et Plato quidem in extremo Gorgia, dicit, eorum duos esse ex Asia, Minoem & Rhadamantum, unum verò ex Europa, Aecum. Et Asiaticos quidem Rhadamantum judicare: eos verò, qui ab Europa veniunt, Aecum. Minoi autem id munus datum, ut si quid ab alijs ambiguum fuerit, ipse dijudicet.

Fortuna.) Successus felix, dum quævis etiam bruta movet & promovet.

Fortuna audacem fecerit) Ita Nostr. 10. Æneid.

Audentes fortuna juvat, timidosq; repellit.

Ovidius 10. Metamorphos.

Audentes Deus ipse juvat.

Idem 2. Fast.

Audentes Forsq; Deusq; juvant.

Claudianus :

Fors juvat audentes —

Ennius :

Fortibus est fortuna viris data —

Ita Chorus apud Senecam, de Hercule

Qua

*Quâ spe precipites actus ad inferos
Audax in vias irremeabiles
Vidisti Sicula regna Proserpina.*

Post mortem iudicat acta) Frid. Lindenbruch mâlit, vindicat. Præclarè Manilius lib. 5.

*Quæsi or scelerum veniet, vindexq; reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
In lucemq; trahet tacitâ latitantia fraude.*

Audacem fecerat) notat Servius 8. Æ- *Audax,*
neid, *Audacem* ubique dicere Virgilium, *quis ?*
quoties velit ostendere virtutem sine
fortunâ: vel, ut 4. Æn. loquitur, ubi vult
dici fortem, quem fortuna non sequatur.
Quo sensu *Turnum* ubiq; ferè *Audacem* vo-
cet. Hanc Servij sententiam confirmat
hic etiam Noster, dum *Orphea audacem*
quidem facit, qui inferos etiam flectere
sperârit: sed infelici tamè successu. Quan-
quam Tib. Donatus *audacem* interpre-
tatur inconsultum, temerarium: non te-
merè, Horat. lib. 1. odâ 3:

Audax omnia perpeti

Gens humana ruit per vetitum nefas.

Audax Iapeti genus.

Eruditum de hâc re Carmè est, quod, *Cas-
sij Parmensis Orpheg*, titulo commendatur.

Di-

Dignum profectò, quod hic etiam legatur. Idq; tale est.

*Casij
Orpheus.*

ARGUTE primum cum plectra parentis & auro

Distinctam sumpsit citharam Rhodopeiq; heros,
Ridebant segnes pulsus, digitosq; micantes
Serius, & chordis indoctæ dissona vocis.

Mox pudor exardens, & gloria dulcis honestis
Lusibus avercit puerilibus, omnis & illuc

Perditus incumbens, Musa pallebat amore,

Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis

Cantibus, hinc illinc discens, dependet utrinq;

Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis

Compedibus: somni fuerat parcusq; Lyæi:

Donec ridiculus dudum modulamine silvas,

Convulsosq; suis scopulos radicibus egit,

Ausus & ire viam mortalibus inconcessam,

Pœnarum oblitos demulsit carmine manes.

Non levis ascensus, si quis petit ardua, sudor

Plurimus hunc tollit: nocturno ex somnis olivo

Immoritur: delet, quod mox laudaverat in se,

Qui cupit æternæ donari frondis honore.

Regionem infederat Orphei.) Loca ea occupabant, quæ Orpheus citharâ cantabat.

Radicem moverat quercus) Euripides, Bacchis:

ÿtê

— εἰθά μοι Ὀρ —

Θεὸς κισσάρων

σωάγε δένδρεα μου —

σαις, σωάγε θήρας ἀγρώταις.

Silvæq; sonoræ) quas in Bucol. argu-
ras vocat.

Rapiebant cantus) raptim & quasi a-
vidè hauriebant Musicam Orphei.

Bijuges equos) Luna bigis vehitur, &
hic quidem equis : alibi etiam mulis : i-
temq; juvencis, ut diximus supra, Seneca
in Hercule Oetæo :

Lassa nocturna levat ora bige.

Pressit equos) id est, repressit, & cur-
sum inhibuit.

Et tu currentes menstrua virgo) Apo-
strophe ad eandem ipsam Lunam : quam *Luna. virg.*
vocat *menstruam virginem*, quòd modula-
tionibus mensuris variet; æquali vicissi-
tudine lucem semper atq; obscuritatem
resumens. Ita Martianus Capella lib. 9.
eandem vocavit *menstruam lampada*: quod
observavit Lindenbruchius. Hanc i-
gitur noster dicit gubernationem No-
ctis deseruisse, ut Orphei lyram audi-
ret.

Virgo

Virgo) Quomodo Luna *virgo* est, cum sit

— *Titbonia conjunx* :

item Endymionis amica : & nescio quorum, mater? An, quia

Luna sui reparat senij dispendia, —

*Virgo, etiam
que peperit.*

& semper quasi revirescit? Nam *virgo* à viridiori ætate Servio dicitur, atque, ut idem Æneid. XI. observat, apud majores *Virgo* & *Mulier* indiscretè sexum tantum notabat. Unde noster Ecloga 6. *Pasiphaen* vocat *virginem*, quæ jam trium liberorum mater erat. Ita Terentium, *Adelphis* act. 4: 5. & 7. mulierem post partum *virginem* vocare, idem notavit Servius. Ita Euripides in *Jone*, *παρθένη* pro corruptâ dixit: & Philo *ὡς ὀνειράριον, ἔγγυον παρθένης*, *fecundam virginem*. Etiam apud *Jctos* *virginem viri-potentem mulieris* appellatione contineri, Germanus Valens mihi auctor est. Et P. Nannius è Varrone docet, in Liburniâ eas *virgines* vocatas, quæ ante nuptias quibus vellent succumberent. unde & *Parthenij*, dicti sint apud *Lacones*, qui è tali concubitu nati. Immò Paulinus in Epithalamio Juliani & Titix *virginem* vocat puerum

*Zungfrau
Lindlein.*

Virgo-puer.

inve-

investe
nondur
bona
demus
puella,
nomina
dem, q
vianum
spectato
Hac
tuit te v
res redi
tarent
Et non
Et non
ut Scal
Ditis
em Sev
atione
Mort
dianus,
nem:

investem, [*Investis*, qui vestem virilitatis nondum habet, id est, qui imberbis,] quã bona sua nemini dum vendidisset. Videmus igitur *Virginis & Mulieris* (ut & *puella*, de quã ad *Cistellar.* Plauti nostri,) nomina in promiscuo haberi. Scio quidem, quid D. Hieronymus lib. 1. in *Jovianum* dicat. Sed qui tot testes, & tam spectatos, negligamus?

Hæc eadem) Hæc eadem lyra posuit te vincere, ô *Proserpina*: & jam eò res redierat, ut leges mortis non ventarent *Eurydicen* in lucem reddere. *ἔκ ἧσαν θεομοὶ θανάτου ἀπαργίηλοι, μὴ ἔχῃ πάλιν εἰς φῶς τὴν εὐρυδικὴν ἀνάγειν.* ut *Scaliger* explicat.

Ditis te vincere conjunx) de eadem *Severinus Boëtius* lib. 3. de *Consolatione Philosoph.*

Tandem vincimur, arbiter

Umbrarum miserans, ait:

Donamus comitem viro

Emptam sarmine conjugem.

Mortis autem Vitæq; arbitrum *Claudianus*, de raptu *Proserpinæ*, facit *Plutonem*: Pluto.

ὁ πλοῦς

--- ô maxime noctis

Arbiter, umbrarumq; potens, cui nostra labo-
rant

Stamina, qui finem cunctis & semina pra-
bes,

Nascendiq; vices alternâ morte rependis:

Qui Vitam letumq; regis ---

Utrò & Spontè
se, diff.

Utrò.) Utrò & Spontè differunt: Ex-
empli causa : Si me ad cœnam vocas,
spontè venio : neq; enim cogi aut pote-
ram aut debebam. Sed si ἀκλήϊα & ἀνί-
μοι, id est, ut Plautus loquitur, *invoca-
tus* venio, dicor *utrò* venisse. Wenn
man einen *überfeldt*.

Ducere κρο-
εν.

Ducendam reddere) tanquam redivi-
vam ad secundas Orphei nuptias. Nam
ducere in hac re habitat. Augustinus lib.6.
de Civit. Dei, cap. 9. *Sed domum ducenda
est, quæ nubit.* Passim, *ducere uxorem, scil.
domum.*

Illam quidem nimium, &c.) Eurydice
quidem severum & strictum jus Infero-
rum jam experta, præscriptum iter pre-
mebat : neq; uti jussi erant, respexit, neq;
verbum elocuta est.

Corrupit limina.) Ita Scaliger ex vere-
ribus edit, & Contij membranâ. Vetuerat
n, Proserpina loqui intra limina, & respi-
cere. Ru-

P
Rup
noris in
oris aff
Dign
nollent
ger, est
tumena
ere, qu
partita
mod Gr
Idem
quam su
gnasce
Putat
um mi
Quis
hic,
ut, min
Grave
Per a
rydic
ut: at
anet b
rave: u
Dura
Qu
st a. in
onjugij

Rupisti iussa Deorum) dum præ amoris impatientia respexisti, basium uxoris affectans.

Dignus amor veniã, gratum si Tartara nosset, &c.) *Peccatum gratum*, ait Scaliger, est peccatum gratuitum. Sic *gratum mendacium*, idem ait, posset quis dicere, quod nulla mercede quis, sed solo garrulitatis morbo motus mentitur: quod Græci dicunt $\psi\epsilon\upsilon\delta\epsilon\alpha\varsigma\ \gamma\lambda\omega\sigma\iota\varsigma\ \chi\acute{\alpha}\epsilon\sigma\iota$.

Peccatum gratum.

Idem de eodem Orpheo in Georg. 4. *Quum subito incautum dementia cepit amantem, Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Mânes.*

Putat Scaliger melius legi posse; *peccatum minus esse*: quâ figura Petronius:

Quisquis inops peccat, minor est reus — Ita hic, quisquis in gratiam alicujus peccat, minor est reus.

Grave. at vos (ede) Ita Scaliger distinguit. Per apostrophem autem Orpheum & Eurydicen alloquitur. Grave quidem, inquit: at vos pro hac jactura; vos, inquit, manet beatorum sedes.

Grave: ut *durum* in illo Horatij 1. Odâ 24.

Duram: sed levius si patientiã *Quicquid corrigere est nefas.*

Est a. in hoc amantium pari eximium conjugij spectamen & encomium.

Orpheus & Eurydice,

S pari

Eximie con-
jugij speci-
men.

pari affectu & iudicio *Conjugium* laudasse
mihi videtur quisquis ille fuerit è veteri
nostrâ Germaniâ, cujus interpretes est *Rein-
mar von Zweter*, quos versus præ omni
Latio & Græciâ adducam: in quibus
germanissimi alicujus Germani spiritum
mihi recognoscere videor.

Alle Orden prä ich nicht

o Vocalt vv
preponant
veteres S
swan
swi.

So sere als die E alleine: swas o darumb
mir geschicht.

Barfüßen/ Bredigere/ Krüzer orden sint da
engegen blind.

Gra / Wis / swarker Mönche ist vil/
Hornbrüder / vnd Martere / als ich uch be-
scheiden wil/

Schottenbrüder/vnd die mit den swerten sint
da engegen alle gar ein Wint.

Zumherren / Nunnen / vnd Leigen Pfaffen/

Die lebent des du E hat erzüget :

Swer der E ze rechte pfiget /

Der hat hie vnd dort gesiget.

Swers widerredet / des volget nicht. Er lü-
get.

Ita in parænesi suâ *Vvinsbekia* fœmina No-
bilis ad Filiū, inter alia, sic philosophatur:

Sun/wilt du zieren dinen Lib/

So das er si yngefuge gram/

61

Telamonis virtus, Græcanicum est :
 ἡ Τηλαμῶντος βίη πρῶτος. ita alibi, Hectoris ἰ-
 ρα, μὲντος ἐκτος, id est, iratus Hector. infra
 v. 303. vis Hectoris, βίη ἐκτος, ita versu 357.

— Horatia virtus,

id est, Horatij duo. de qua re supra dixi-
 mus ad v. 146. Signatè autem virtus di-
 cit, loquens de heroe fortissimo. Tela-
 mon enim socius Herculis in expugna-
 tione Troje primus omnium muros con-
 scendit, & virtutis ergo Hesione Laome-
 dontis F. donatus est, è qua Teucrum ge-
 nuit, uti ex alià jam genuerat Ajacem :
 qui passim ob hanc causam Telamonij Poe-
 tis dicti. Sanè virtus strenuitas ac forti-
 tudo militaris sæpe dicitur Sallustio &
 Ciceroni. Eam Plautus noster virtutem
 belli vocat : ut & Sulpicia, doctiss. Poëtria,

Telamonij
 Virtus.

— duo sunt, quibus extulit ingens
 Roma caput ; virtus-belli, & sapientia pacis.

Per secura patris lætantur munia) Ob
 præfecturam, quam Æacus parens ipso-
 rum, ut iudex, apud inferos obtinet. quod
 & hodieq; fieri dicunt. Unde vulgo audias:
 Wer den Richter in der Stadt / vnd
 den Cankler zu Hoff zum Schwager
 hat / der hats Spiel halb gewonnen.

S 3 Hunc

Hunc rapuit feritas) Telamonem :
quia fuit ἀγείρος ἕς. quam enim Homerus
ἀγείρος vocat, noster *feritatem* vertit : ut
& paulò post :

— — torvâ feritate repulso.

*Firmitas
Venus,
fuerit.*

Propterea ipsi hic *Virtus* dicitur favisse :
sicut contrâ *Venus* Peleo, qui ἀπέγυμνος fuit,
ut uxorem Thetidem meruerit. quorum
Epithalamium divinis versibus Catullus
exsecutus est. Atq; ita quidem hæc Sca-
liger explicavit. qui obiter illum etiam
verberat, qui nuper nimis imprudenter
edidit, *Hunc rapuit serva.*

Nereis) Nerei F. *Thetis*, è quâ Peleus
Achillem sustulit.

Ajax.

Juvenis alter) *Ajax*, gloria sociatæ
fortis, juxtâ sedet. qui Ajax Græcorum
fortissimus post Achillem, teste Home-
ro. Alter *Eacides*, de quo vers. 317. est
Achilles,

Ignes Phrygios) ignes à Trojanis in
naves Græcorum injectos, de quibus gra-
phicè Homerus Iliad. lib. 15. & 16.

Divortium.

Divortia) *Divortium*, auctore Nonio,
rerum omnium separatio. Ita hic *di-
vortium belli*, quo Græci Trojanique di-
videbantur.

Troja, regio.

Troja) *Troja*, propriè regio est Asia;

Ilium.

P.
Ilium, ci
auctore
Fuld. I
Troja ur
ligeri d
c. 34.
ut exacti
no ab or
(Jof. Sc
lum nat
amum
enis A
Roman
to Abdo
hoc est,
thæ, 3
cap. XII
cente a
tio; Lati
ginibus
rante: x
mediam
xxiv. M
funditu
noru ju
lo Diaco
nale ex
laude. Se

Ilium, civitas Trojæ: *Pergamus*, arx Ilij: auctore Stephano *de Urbibus*, & Servio Fuld. Jam, quomodo è *Dardaniâ*, *Ilio* & *Trojâ* urbs una facta sit, docet etiam Scaligeri doctor *Cælius Rhodiginus* lib. 18.

c. 34. Troja autem à Græcis capta est, ut exactissimi docent Chronographi, anno ab orbis conditu MDCCLXXXVII.

Troja capta quando?

(*Jos. Scaliger*, 2767.) qui ante Christum natum MCLXXXII. cum decimum octavum annum regnaret Mycenis Agamemnon, Atrei F. ante urbem Romam conditam CDXXXI. quinto Abdonis Pharotonitidis Judicis Israel, hoc est, XXI. anno post mortem Jephthæ, à quo ille Judex tertius: Judicum cap. XII. primo, ab Tyro conditâ: exercente apud Tuscos tyrannidem Mezentio; Latino verò Fauni F. Pici N. Aboriginibus ad sinistram Albulæ ripam imperrante: xvii. die ante Soëstitium æstivum, mediâ nocte, quæ nobis inter xxxiii. & xxiv. Mal. Tunc ergò capta est Troja, & funditus everfa. *Aeneas* cum lectâ Trojanorû juventute (quæ *Aenesi* dicuntur *Paullo Diacono*) circa *Æquinoctium* auctumnale ex *Phrygiâ* solvit, non omninò cum laude. Sed, quod in *Cyro* fecit *Xenophon*,

S 4

Poeta

*QVOT cest
ad Trojam.*

Poeta ipsum depingunt, non qualis fuerit, sed qualem esse oportuit. Porrò, autoribus quidem Dictye Crete, & Darete Phryge, toto illo bello, quod duravit annos decem, menses octo, dies duodecim, interfecti sunt, è Græcis quidem 870000, è Trojanis, antequam Urbs caperetur, 676000. captâ autem illâ, 276000. Summatim in utroque exercitu 1822000, ut non immeritò Catullus Trojam vocârit

————— *Commune sepulchrum*

Europaq, Asiaq, —————

de quo bello Trojano videatur fons ille omnis sapientiæ Homerus, qui illud quidem ad Hæctoris usq; mortem perduxit: à quo deinceps ad excidium Urbis & calamitosum Græcorum reditum, Quintus Calaber, seu potius Cointus Smyrnæus, reliqua libris XIV. exsecutus est, quos libros Collega olim meus *Laur. Rhodomanus* in Latinum convertit. Poteris & animi causâ legere *Dionis Chrysostomi Troica*: quæ ille fortè animi causa scripsit: *Quòd Ilium non sit captum.* Qui quidem Dion vixit sub Trajano Imperatore: cui ita carus fuit & æstimatus, ut aureo & triumphali curru

L. Rhodomanus.

Dion Chrysostomus Imperatori carus.

P.
curru ju
compell
Simo
qui ex
Trojan
Siaman
narunt,
rum ju
comm
—
Sua vi
Sige
monto
hoc A
um.
Ida)
Paridis
Didym
Ida qu
jecta
bus fr
capi.
runt.
mi lea
E opa

curru juxta se collocatum, his verbis
compellarit; *Amo te ut me ipsum.*

Simois) *Simois, entis*; fluvius Troadis,
qui ex Idâ monte labitur per campum
Trojanum, & Xantho, qui hominibus
Scamander dictus (nam *Xanthum* dii nomi-
narunt, si Homero credimus, qui deo-
rum linguam intelligere videri voluit)
commiscetur. Noster *Æneid.* 1.

Simois.

*Xanthus, qui
& Scaman-
der.*

— — *ubi tot Simois correpta sub undis
scuta virum, galeasq; & fortia corpora vol-
vit.*

Sigæa littora) Duo sunt Trojæ pro-
montoria, *Rhætéum* & *Sigæum*: quorum
hoc Ajacis etiam sepulchro nobilita-
tum.

Ida) *Ida*, mons altissimus in Troade,
Paridis etiam judicio celebris. Autore
Didymo & Cæl. Rhodigino lib. 18. cap. 1.
Ida quilibet mons dicitur, unde circum-
jecta spectari possint. Item locus arbori-
bus frequens. *Ideum* item pro montano
capi. *Trojam* quoque *Ideam* olim voca-
runt. Sophoclis Scholiastes: *Ἰδαία τὸ
πάλαι ἢ Τροία ἐκάλειτο, ἀπὸ τῆς ἰδῆς
& ὄρεος.*

Ida.

*Ida, quilibet
mons editior.*

*Schawen
stein in
Voitlandia.*

*Culmbachij
Nehberg:
Item, Ra-
sendörffer-
wart:*

Hohēpölk;

Pela

Pelagi.]

Pelagas) id est, Græcos promiscuè omnes: non tamen Thessalos, qui propriè *Pelagæ*. In magnâ Græcia *Pelagi* dicebantur homines rusticani. Vide Victorium lib. 1. c. 10.

Ida potens feritatis) vel, ferarum al-
trix, Ἰδα πότις : quo nomine Homerus 14.
Iliad. & alij Poetæ Ἰδαίη Ἰδαίη dicunt.
vel, ἰδαίη ἰδαίη. Nam *feritas* (eodem Sca-
ligero auctore) hic fuerit, ut *auctumnitas*
olivitas. Ergo, *Ida potens feritatis*, in quâ
multæ feræ arbores: ut *fera vitis* Sisennæ:
& *fera oliva*, ἰδαίη. Statio.

Feritas.

Acta) *Acta* est ἀκτῆ. Aeneid. 5.

Acta.

ἀκτῆ.

*At procul in solâ secreta Troades actâ
amissum Anchisen fleant* —

Onomasticum perantiquum in mem-
branis perscriptum P. Danielis Aurelia-
ni: *Actæ, litora amena*.

Altrix) scil. tedarum & arborum resi-
niferarum, quæ flammam faciliùs corri-
piunt. Illa ergò acta has faces alumnis
suis incendij cupidis subministrabat.

Alumnus.

Alumnis) *Alumnus*, auctore Nonio, &
passivè & activè sumitur, id est, tam pro
eo qui alit, quàm qui alitur. Cui ob hoc
curiosus Valla lib. 6. c. 1. os verberat &
παρρησιαστικῶς tantùm sumi pertendit: quæque

ex

ex Cice
fert, ali
gari
Ceiri
Omni
quand
ctio, n
nam et
bus.
quæ ill
Tamen
mi Sc
libron
Et No
tur ve
fragme
etiam
verba
qui alit
melig
Cruqu
fessor
quam
explar
iana Ve
veritat
etiam

ex Cicerone & Varrone ille exempla affert, aliò trahit. Cui, præter alios, suffragari videtur & Scaliger F. ad illud in Ceiri :

- - *Nec & illa quidem communis alumna
Omnibus, injectâ cellus tumulabit arenâ ?*
quando sic annotat : Si vera esset hæc lectio, non frustra dixisset Nonius, *Alumnâ* etiam *ἀντὶ τῆς τροφῆς* usurpari à veteribus. Quod tamen ex illis testimonijs, quæ ille produxit, confirmari non posset. Tamen nihil temerè affirmamus. Benè, mi Scaliger. Cur enim unanimum tot librorum consensum temerè damnem ? Et Nonio quidem rectâ fronte suffragatur vestutissimus Grammaticus Caper in fragmento de orthographia : *verecundè etiam Isidorus lib. 10. Originum ;* cujus verba sunt : *Alumnus ab alendo vocatq, licet & qui alit, & qui alitur, alumnus dici potest. Sed meliùs tamen, qui alitur.* Accedit tertius Jac. Cruquius, Brugis olim Humanitatis Professor eximius. qui Varronis sententiam, quàm Nonius laudavit, contra Vallam sic explanat : *Et ecce de improvviso ad nos accedit tana Veritas, Attica Philosophiæ alumna. Ex veritate, inquit, Philosophia ; non enim ex Philosophiâ veritas nata est.*
Quin

Quin & Plinius lib. 3, c. 5. eodem modo
 utitur. Terra (Italia) omnium terrarum a-
 lumna : eadem & parens numine deum ele-
 eta. Tacitus, sive quis autor Dialogi de
 Oratoribus : Magna ista & notabilis elo-
 quentia, alumna licentiae, quam stulti liberta-
 tem vocant. Ita Servius vulg. ad 8. Æneid.
 Vector, qui vehit & vehitur. Alumnus, qui a-
 lit, & qui alitur. Idem & ad Æn. II. v. 33.
 alumnus capit activè. Huc ibat & Rob.
 Stephanus in Foro Rom. quem vide. Atq;
 ut hoc ita sit : velim tamen alumnus
 ἀνὶ τῷ τροφῷ. cum iudicio usurpare: nec te-
 merè apud promiscuum vulgus Principem
 vocarim alumnus meum : quod in lo-
 co tamen, & apud doctos, liberè face-
 rem; censurâ Vallæ insuperhabitâ.

Flammâ lacrimante) Scaliger putat e-
 ruditiſſimè Poetam more Græcorum,
 lacrimantem flammam dixisse: qui δακρυόεσ-
 σαι φλόγα, & πόλεμον δακρυόειζε dicant.

Telam. heros) Ajax, Telamonis F.

Scutum.
 Clypeus.)

Clypeo) Scutum à Clypeo differt: & se-
 parant quicumque signatè ac propriè lo-
 cuti sunt. Livius lib. 8. Scuta pro clypeis fe-
 cêre. Scuto nomen est πᾶσι τῷ σκῦτι, id
 est, à loro è quo plerumq; factum: non à
 se

Trojan
 ut Hect
 puli T
 rus, a
 ca in

C
 T
 T
 S
 T
 H
 Nan
 euit, m
 Haud

Esse p

T

P

Pentâ

Defen

Qu

Aucto

preret

Trojan

liblasun

Trojanorum prudentissimum habitum, *Hector, ma-*
 ut *Hectorem* fortissimum. unde & ille po- *nus Trojano-*
 puli Trojani *Mens* hic *Manus* sit nuncupa- *rum.*
 tus, auctore Philostrato *neguigis*. Sene-
 ca in Troade :

Columen patriæ, mora fatorum :

Tu presidium Phrygibus fessis,

Tu murus eras : humerisq; tuis

Stetit illa decem sulca per annos :

Tecum cecidit : summumq; dies

Hectoris idem, patriæq; fuit.

Nam vivo Hectore Troja capi non po-
 tuit, unde noſter Æn. 9.

Haud sibi cum Danais rem faxo aut pube Pe-
lasgâ

Esse putent, decimum quos distulit Hector in
annum.

Horatius:

— — — *Et ademptus Hector*

Tradidit fessis leviora tolli

Pergamæ Graijs.

(nis :

Pentadius Poeta, in Catalectis Virgilia-

Defensor patriæ, juvenum fortissimus Hector,

Qui MVRVS miseris civibus alter erat.

Auctor est Higynus, Achillem, cum ra-

ptaret Hectorem, acclamasse, *Expugnavi*

Trojam. Porro tradit Dares, Hectorem fuisse

se blasum, barbatur, crispum, strabum, candidum

perni-

Hectoris fa-
cies.

pernicibus membris, venerabili vultu. Homerus Gorgoneos oculos ipsi dat.

Fulmineus cælo veluti fragor) ἀπὸ
 κρητῆ, editur. Ita noster 12. Æneid. de Æneâ:

————— nec fulmine tanti

Dissultant crepitus —————

Simili comparatione usus est & Cointus Smyrnæus lib. 8. Paralipom. de Achille in Trojanos sævientē

————— Οἷός τ' εἶσι δι' αἰθέρος ἀτλήτοιο,
 Εκ δῖος ἀκαμάτοιο, σὺν ἀσεροτῆσι κερ-
 ραυνός,

Ὅν τε πειτρομέεσσι ἔ' ἀθάνατοι καλίων-
 τα

Νόσφι δῖος μεγάλοιο, ὃ δ' ἔασυμένως πο-
 τι γαῖαν,

Δένδρεά τε ῥήγνυσι, ἔ' ἔρεα παιπαλόεν-
 τα.

ἕως ὃ θοῶς τρώεσιν ἔπρασυτο, πῆμα κό-
 ρύσων.

Editur ense Tegminibus telisq; super) Imminet, inquit, ense super omnia tela, & tegmina, hoc est. clypeos. Ensem coruscans inter tela & clypeos viam per-rumpit. Idem noster XII. Æneid.

Ense sequens nudo superimminet —————

Superi-

Superimminet, ut hîc, *supereditur*. Et apud Tibullum in panegyrico ad Messal,

Superedere :
Superimmi-
nere.

— — *celerem superedere corpus*
Audet equum.

Hoc & *emicat* vocavit, eodem libro Virgilius,

— — — — *Saltu*

Emicat in cuitus — — — — Hæc Scaliger.

Tegminibus) id est, clypeis. Nam *clypei* corio inducti. Silius lib. 2. de Saguntinis :

— — — — *resolutaq; nudos*

Linquentes clypeos armorum tegmina mandunt.

Stattus lib. 3.

Nec pudor emerito clypeum vestisse juvenco.

Idem :

— — — — *graves clypeos vestire juvenco.*

Si eriperet reditus) particulâ s; hoc modo usus est & 6. Æneid.

— — — — *in antro*

Bacchatur vates, magnum si pectore possit

Excussisse deum — — — —

Classibus eriperet reditus) Occasionem & instrumenta profectio- nis, nempe naves, Græcis incendio eriperet, ne *Argos patrium*, ut paulò post appellat, redirent.

Homericum : ῥοσιμον ἡμαρ ἀπὸ ἡρώ.

⊥

Vul-

Vulcania vulnera) vel, vulnera ab armis officinę Vulcanię inflictā: vel ignem, qui ab incendio isto navibus exitium minabatur. ita Plautus noster *Vulcani violentiam* vocavit ignem, Menæchmis act. 2, Sc. 2, Ob hoc autem facinus suum gloriatur Ajax apud Ovid. 13. Met.

— *mecum confertur Vlysses.*

*At non Hectoreis dubitavit cedere flammis,
Quas ego sustinui, quas hęc à classe fugavi.*

Alter) Achilles, versu 296.

Fufis quòd sanguine campis) *ἰπαιμαγῆς*
pro, fuso sanguine campis.

Hectoreo victor lustravit corpore Trojam) quod 1. Æneidos dicit,
*Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.
Ubi me vide.*

Homerus lib. 22. & 24. Iliados, usq; ad naves etiam raptum, & postea ter circum Patrocli tumulum scribit. Poeta vetus :

*Vidi, videre quod me passa egerrimè,
Hectorem curru quadrijugo raptarier.*

Lustrare.

Lustravit corpore Trojam) *Lustrare*, auctore Nonio, est circumire: ut 8. Æn. *Lustrat Aventini montem*, id est, latera ejus circumit Hercules.

Red.

Reddidit heu gravius pœnas tibi, Troja, ruenti, &c.) Apostrophe ad Trojam ruentem, seu potius ad Hectorem, qui murus Trojæ: ut dictum ad v. 312. Ac si dicat: O Troja, ô Hector! satis pœnarum tibi reddidit Achilles, qui ad litt⁹ Hellespontium sepultus est. Græci autem reliqui non in Hellesponto, sed ad Caphareos scopulos, h. e. in mari Euboico, naufragiû fecerunt. unde Propertius lib. 4.

— tu diruta fletum

Supprime, & Euboicos respice, Troja, sinûs. Obiturus, in futuro dicit: quia de ipso adhuc raptante Hectorem loquitur. Ita n. Scaliger confusa hæc & intricata composuit & explicavit.

Acerba fremit) pro, *acerbè*. Alibi, *horrendum clamat*.

Fremere, magnum sonare est, auctore *Fremere*) Nonio.

Paris hunc quòd letat) *Letare*, πῖφρῆν, δια-
νῆσις στυ. Ovid. 3. Metamorph.

— *letataq; corpora vidit*, i. e. interfecta. *Letare*. *Letum* a. Priscianus à *leo, levi, letum* (unde *Letum, deleo*) ducit. Varro, à λήθη *oblivione*. Illi⁹ sententiam Scaliger verifimiliorem censet: Varronis acutiorem, quæ eò spectat, quòd veteres abstinebant mortis men-

*Abitio, id
est, mors.*

tione, ne cogerentur εὐεφμεῖν. Itaque
abitionem pro morte dicebant, ut Græci
οἰχεῖσθαι: & eodem modo lethum quasi λήθη.
Et cum aliquem vitâ cessisse indicarent,
non id proprio nomine dicebant, sed tan-
tum hoc, VIXIT. Quæ ratio simi-
lis est, cum dicebant ἀπὸ τῆς ἀντι τῶν τελευ-
τήτων: Ire ad plures: zum größten Hauffen
ziehen. unde & ἡ πολυανδρῆον sepulchretum.
PARIS autem ex insidijs, & spiculum
dirigente Apolline, Achillem interfecit:
ut docent Cointus Smyrnæus lib. 3. &
Dictys Cres lib. 4. Pausanias in Atticis,
Ovid. in Metamorph. Seneca in Troade,
& alij. Noster Æneid. 6.

*Phæbe, graves Trojæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxisti tela manusq;
Corpus in Aeacide* ———

Et hujus Alta dolis Ithaci virtus quòd
concidit iceta) Allusum ad epigramma,
quod Asclepiadæ tribuitur, lib. 3. cap. 14.
Anthologiae: in quo Virtus Ajacis con-
queritur:

Ἄ δ' ἐγὼ αἰτλάμων ἀρετὰ παρὰ τῶδε
κάθημαι
Ἰανίῳ τύμβῳ, κειραμένα πλοκά-
μῃς.

Ἰουμὸν

Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβωλημένα, ἔνεκ'

Αχαιῶις

ἃ δολόφρων ἀπάτῃ κρείσσον ἔμῃ κέ-
κριται.

Latinè, P. Melisso Franco interprete :

*Ille ego, ego illa (nefas) miserabilis accubo
Virtus*

Ajacis tumulto, scissa dolore comas,

Sauiciaq; ingenti luctu : suffragia Grajūm

*Subdola quòd me fraus, heu, potiora tu-
lit.*

Historiam, quâ Ajax & Ulysses, de ar-
mis Achilléis in iudicio Procerum certāt,
divinis versibus narrat Ovid. XIII. Meta-
morph. quæ cum Ulyssi adjudicata essent,
Ajax irâ & pudore inflammatus gladio se
transfigit: *Ne quisquam Ajacem posset super-
are, nisi Ajax.*

Hinc gerit everfos proles Laërtia cur-
rus) Intelligamus Ulysses Laërtæ F. cur-
rūs Rhesi evertisse, interfecto ipso Rheso.
Posteriores editiones legunt, *aversos*. Ita
intelligamus, ipsum currum cum equis
abegisse: quod testatur auctor Tragediæ
Rhesi (nam Euripidis non omne, sed al-
tioris spiritus, Scaliger arbitratur) his
verbis:

T 3

ὁ δ'

οἱ δ' ὄχημα πωλικὸν
λαβόντες ἵππων ἔσαν φυγῆ πόδα.
Item Noster Æneid. 1,

Ardentesq; evertit equos,

Rhesus.

Scil. Tidydes Rhesi. Erat a. & hoc unum
de fatis Trojanorum. *Rhesus* Strymonis
fluvij & Terpsichores Musæ F. dux Thra-
cum, noctu ad Ilium pervenit, Trojanis
castra ad naves Græcorum habentibus.
Hunc Ulysses & Diomedes exploratores,
Minervâ monitrice interficiunt.

**Dolo Troja-
nus.**

Victorq; Dolonis) *Dolo* Trojanus spe-
culator in castra Græcorum missus, ab
Ulyssæ, qui & ipse speculatum venerat,
interceptus & occisus est. Plautus noster,
in Pseudolo, appellat *Dolum*.

Palladium

Pallade lætatur) vel, quòd Palladis in-
dicio (uti diximus) facinus istud patra-
vit Ulysses: vel, quòd Palladium clancu-
lùm per cuniculos aut cloacam ex arce
sustulit. Noster, ex sententiâ quorundam,
sacrilegium istud cum Diomede etiam
communicat, Æneid. 2.

— — *Impius ex quo*

*Tydides sed enim, scelerumq; inventor Ulysses,
Fatale aggressi sacrato avellere templo
PALLADIUM, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuère sacram effigiem, manibusq; cruentis
Virgineas*

P
Virgineas
Ex illo flu
Spes D
Livius
rij Rom.
ra & var
in Cassan
è Pelopis
nobius
Gentes:
padium ess
Herodia
quenda
ab ejus
Traditur
this, dict
urbè fore
nyfius Hal
Pallantis,
va dono ac
dez effigie
Post Darda
fisset, in Sa
deducta in
cum detuli
Oraculum

*Virgineas ausi divæ contingere vittas¹ :
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm: fractæ vires, aversa deæ mēs, etc.*

Livius lib. 26. *Palladium fatale pignus Imperij Rom.* vocat. De quo quidē multi multa & varia commenti sunt. Lycophron in *Cassandrâ*, & Clemens in *περὶ πηλικῶν*, è Pelopis costis fuisse tradunt. Item Arnobius lib. 4. *Disputationum adversus Gentes: Quis, inquit, ex reliquijs Pelopis compactum esse Palladium prodidit? nonne vos?* Herodianus cælitus decidisse tradit in quendam Phrygiæ agrum, cui *Pessinuntis*, ab ejus casu nomen mansit. Lycophron:

ἐξ ἕρανθ̄ πεσῶσα —

Traditur etiam, Trojanis venditū à Scythis, dictitantibus inexpugnabilem eam urbē fore, in quâ illud asservaretur. Dionysius Halicarnasseus lib. 1. ait, Chrysen Pallantis, cūm Dardano nuberet, Minervæ dono acceptas in dotē ei dedisse duas deæ effigies, & sacra magnorum deorum. Post Dardanum, cūm ægrè è diluvio evasisset, in Samothraciâ confedissee, moxq; deductâ in Asiam coloniâ effigies illas secum detulisse, ubi redditum consulenti *Oraculum,*

T 4 his

εἰς πόλιν ἣν κτίζετε θεῶς σέβας ἄφθιτον
αἰεὶ

θεῖναι. Ἐ φυλακᾶς τε σέβειν, θυσίαις τε,
χοροῖς τε

εὖτ' ἂν γρ παῖδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χῶ-
ραν ἦ.

δώρα διὸς κέρης ἀλόχευ σέθεν. ἡ δὲ πόλις σοὶ
ἔσαι ἀπόρθητος τὸν αἰεὶ χρόνον ἡματα
πάντα.

Atq; ita in urbe sui nominis reposuisse, i-
biq; adservatas, donec habitari cepit, quò
Reges transtulerunt, & in templo, quod
cum adyto in arce construxerant, posue-
runt. Vide mihi è nostris *Ioh. Meursium*
meum in obscurũ Poema Lycophronis: è
veterib9 illis Apollodorum, Procopium,
Pollucem, Herodianum, alios.

Troja quater
capta.

T R O J A autem quater capta est.
Primũ ab Hercule: deinde à Græcis;
& ab illo quidem tot diebus, quot ab his
annis. Sic n. Seneca in Agamēnone Act. 3.

Te duce (Hercule) concidit totidem diebus
Troja, quot annis.

Tertia sub Charidemo quodam acci-
dit, servi & equi operà ad eam rem usò.
Narrat fusè Polyæus strategematum lib.
3. sub finem. Nam quòd de Amazonibus
qui-

P.
quidā narr
tum denic
delecta à C
annis cl.
Vide App
tate DE I
meum, qu
Lacatur
& erat? Qu
vicit, quib
rat, Plautu
Chryfalo:
llo mio fuis
4
Signum ex a
Terium, cu
d
Et hæc Fat
Græci. Nar
Palladium
in qua Lao
rata fuit
dureus &
pellat) int
& plura fu
Eneide se
tum Bacc

quidā narrant, vix fidem meretur. Quartum deniq; capta & incendio funditus deleta à C. Fimbria Nicomediæ legato, annis clo. L. post Græcorum everfionem. Vide Appianum & Augustinum de civitate D E I lib. 3. cap. 7. item Meursium meum, qui hæc sagaciffimè odoratus est.

Lætatur ovans) Cur tantoperè *lætatur* & *ovatur*? Quia unum ex Fatis illis Trojanis vicit, quibus falvis, Troja capi non poterat. Plautus noster in Plautiniffimo fuo Chryfalo :

Ilio tria fuiſſe audivi FATA, quæ illi forent exitio: *Fata Trojana*

Signum ex arce ſi periffet: alterum etiam eſt Troili mors:

Tertium, cur portæ Scææ limen ſuperum ſcinderetur.

Et hæc *Fata* ſive *Oracula* omnia vicerunt Græci. Nam Achilles Troilum interfecit. Palladium Ulyſſes abſtulit: Porta Scæa, in quâ Laomedontis ſepulchrum erat, diruta fuit ab ipsis Trojanis, ut equus ille durateus & *fatalis machina* (ut noster appellat) introduceretur. Secundum alios & plura fuerunt fata: de quibus olim in *Æncide* ſecundâ diximus. Vide & Plautum Bacchid. Act. 4. Sc. 9.

T 5

Ovans

Ovatio.

Ovans) O, gaudij nota est, ut in *ià, iá*.
 Hinc ovo. Festus: *Ovantes, latantes: ab eo clamo-
 re, quem faciunt redeuntes è pugná victores
 milites, geminatá ô litterá*. Eruditissimo
 Beurnano nostro Ovo dictum etiam vide-
 tur, quasi *evo*, ab *εὐάσω*. i. e. *evan clamo: à fe-
 stivitate Bacchi: unde & evax exultantis
 interjectio*, Ego potius dixerim: quia
 Bacchus, sive Liber pater, auctore Dio-
 doro, primus triumphum invenit, & de
 Indis triumphavit; (unde & *θεῖα μὲν* di-
 citur:) factum, ut vox hæc, memoriæ &
 honorí primi triumphatoris, in postero
 milite & victore obtinuerit. Romulus
 etiam *pedes* triumphavit in urbe suá. Et ab
 eo quidem ad Belisarium, qui sub Justi-
 niano Imp. Constantinopoli triumphavit,
 numerantur *Triumphus & Ovationes*
 CCCL. Jam, quid *Ovatio*, quid *Triumphus*,
 passim docent. Videatur vel Rob. Valtu-
 rius lib. 12. de Re Milit. Obiter hoc etiam
 addo: in scholá traduce Melanchthonis
 nostri frequentatur versus, quasi in *S. Ste-
 phanum* à P. Bembo factus:
Ibat ovans animis: & spe sua damna levabat:
 quem, opinor, Bembus pro suo nunquam
 agnoscat. Neq; ego usquam legere memi-
 ni. Hi v. in historiá Stephani leguntur:
ILLE quidem placido sustollens lumina vultu,

Ovatio.
Triumphus.

P.
 strabat
 audabat su
 Sed ohe jam
 Tremilic
 ret Lastryg
 capi & dicit
 Ilmar gente
 bidem exha
 lem quomo
 venit, de sc
 fuerunt a. L
 nate panill
 nates. Horu
 sem omnib.
 spectipius
 voravit, tan
 est Ulysses,
 lex amiffet
 victoram fec
 fuis, palestr
 humana mi
 nary & de
 Et subtextu
 Vianus in
 Adeo; pro
 usurpare po
 Eques Fran
 das Gott er
 luis in, au

Lustrabatq; oculis celum, intrepidusq; pericli
 Laudabat superos, & spe sua damna levabat.
 Sed ohe jam satis est.

Tremiscit jam Ciconas, jam jamq; hor-
 ret Læstrygonas atros) Quomodo post
 captā & dirutā Trojam Ulysses ad Ciconas
 Ismari gentem delatus sit, & quæ bella i-
 bidem exhausit, docet Hom. Odyss. l. 9.
 Item quomodo porrò ad *Læstrygonas* per- *Læstrygonas*
 venerit, describit idem sequenti libro 10.
 Fuerunt a. *Læstrygones* Cyclopibus imma-
 nitate parissimi, & humanā carne victi-
 tantes. Horum princeps Antiphates Ulyf-
 sem omnib. virib9 oppugnavit, & in con-
 spectū ipsius unum è socijs dilaniatū de-
 voravit, tantāq; suorum clade ibi affect9
 est Ulysses, ut cum apud Cyclopes tantū
 sex amisisset, hic pænè universi comitatus
 jacturam fecerit. Adeò *Ulysses*, ἀπεχθόμενος
 θεοῖς, palestra & gymnasium fuit omnis
 humanæ miseræ. Adeoque expertus ille
 πολύτροπος & versipellis est quod Manilius dixit.
 Et subtexta malis bona sunt. lacrimaq; sequun-
 vota: nec in cūctis servat Fortuna tenorē. (tur
 Adeoq; pro Scito & symbolo quotidiano
 usurpare potuit, quod è popularibus meis
 Eques Francus quidam solet, Frisch auff/
 das Gott erbarm! ad exemplum Græci il-
 lius εἴα, αἰ αἰ!

Atros)

Atros) Læstrygonas *atros* vocat, quo sensu *atrum venenum* idem noster dixit, item *atram mortem*: vel quo 3. Georg. *atram ingluviē* serpentis vocat, qui pisces deglutiebat.

Illum Scylla rapax) Quibus quantisq; periculis Ulysses & socij eius exerciti sint ad Scyllam & Charybdim, itemq; inter Cyclopes, prolixè commemorat Homerus Odyssææ lib. XII. Scyllam quidem aliter, quàm Homerus, ita describit noster Æneid. 3.

Scylla.

*At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantē, & navis in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo
Pube tenuis: postrema, immani corpore pistrix,
Delphinum caudas utro commissa luporum.
Aliter etiam Ovid. 14. Metamorph. à quo tamē non longè abit idē noster in Ceiri:
Illam esse, ærumnis quam sæpè legamus Ulyssi,
Candida succinctā latrantib; inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
De Scylla & Charybdi idem noster 3. Æn.
Dextrū Scylla latus, levū implacata Charybdis
Obsidet: atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusq; sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat undā.*

Seneca in Medeā Act. 2.

Quid? cū Siculi virgo Pelori

Re-

*Aur
Corpo
Ca
ē vul
noste
Vel
Irrita
Moll
Long
Dicti
neca
De hi
libidi
ronis
Cieri
Inguini*

*Rabidos utero succincta canes
Omnes pariter solvit hiatus?
Quis non totos horruit artus
Toties uno latrante malo?*

Lucretius lib. 5.

*Aus rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas* ———

Canibus Molossis) Quid non quibusvis
è vulgo canibus, sed Molossis, quos acres
noster vocat 3. Georg.

Veloces Sparta satulos, acremq; Molossum.

Lucretius lib. 5.

*Irritata canum quom primùm magna Molossu
Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes, Molossi can
Longè alio sonitu rabie districta minantur. nes.
Dicti Molossi ab urbe Epiri Molossia. Se-
neca in Hippolyto :*

Teneant acres lora' Molossos,

Et pugnaces tendant Cresse

Fortia trito vincula collo.

At Spartanos (genus est audax

Avidumq; fera) nodo cautus

Propiore liga ———

De his monstris veteres, ad animi cujusq;
libidinem, mirifica finxere. Sed ut Ma-
ronis nostri sensu & verbis dicam, è

Cieri :

—— hoc in carmine toto

Inguinis est vitium & Veneris descripta libido.

Cui

*Involucris
Scyllæ &
Charyb.*

Cui adsentitur & Fulgent. Planciades lib.
2. Mytholog. *SCYLLA* in modum ponitur
meretricis: quia omnis libidinoso canibus lupisq;
inguina sua misceat necesse est. Iustè ergò lupis
& canibus mista: quia nescit alienigenis sua
devorationibus saturare secreta. Utriusq; &
Scyllæ & Charybdis allegoricam picturam
Anulus repræsentavit in Pictâ poësi:
Invidia obtrectans monstris est Scylla caninis.
Funditq; at mergens paupertas, vasta Charybdis.
Incidet in Scyllam, qui vult vitare Charybdin.
Allatrat livor mordax, absorbet egestas.

Ex utroq; malo minus elige. qui sapit, optat
Invidiosus enim magè, quàm miserabilis esse.

Polyphe-
mæ
vastitas,

Aetneusq; Cyclops) Polyphemus: de
quo Lucilius:

Multa homines portenta in Homero versificata
Monstra putant: quorum inprimis Polypheme-
mus ducentos

Cyclops longus pedes. huic porrò maj9 bacillum,
Quàm málus navi in corbitâ maximus ullâ.

Seneca in Thyeste act. 3.

Scylla pulsatis resonat cavernis
Ac mare in portu rimuere nauta,
Quod rapax haustum revomit Charybdis:
Et ferus Cyclops metuit parentē (Neptunum)
Rupe ferventis residens in Aetnæ,
Ne superfusus violetur undis
Ignis Aetnæis resonans caminis,

Cy

Cyclop
Vulca
mon
Theo
quor
qui M
turres
8. dicti
Pall
terren
qui do
fuit.
Credat
Nec po
Fratri
Pall
ctatori
nes & u
monis &
corles opa
ad infer
Ampl
Agam
lenæ r
confe
perato
ctus.
iuguxge
Serm.
coluit

Cyclopes autem trium generum sunt. 1. *Cyclopes triū generum.*

Vulcani focij, ut Sterops, Brontes, Pyracmon seu Argēs : de quibus Hesiodus in Theogonia. 2. Unoculi isti in Sicilia, quorum Dux Polyphemus. 3. Fabri septē, qui Mycenās aedificāunt, & *sacras* illas *turres*, auctoribus Senecā & Strabone lib. 8. dicti *γαιεργχεργε*.

Pallentesq; lacus, & squallida Tartara terrent) Hæc nempè Ulyssēm terrent, qui dolis & insidijs suis terrori alijs sæpè fuit. Audichorum Tragicum :

Credat hoc quisquam? ferus ille & acer,

Nec potens mentis, truculentus Atreus,

Fratris aspectu STUPEFACTVS HAESIT.

Pallentes autem lacus vocat inferorū, quod spectatoribus pallorem incutiant. Vel, quod ibi manes & umbrae *folia Mortis pallide*. Quā figurā sermonis & *χλωρὸν δέ* Homero dicitur, & *φεισσοῦτες ἄμβρο* Pindaro. Porro de Ulyssis descensu ad inferos audiatur Homerus *Odyf. XI.*

Pallidi lacus Inferorum.

Amplius Atrida) *ἀρχαῖστος* pro *Atrides*. i. e. Agamemnon Atrei F. frater Menelai Helenæ mariti: rex Mycenarū & Argivorū: consensu omnium Græciæ principū imperator ad expeditionem Trojanam delectus. *Amplum* vocat : quia voce Homerī *εὐρυκρείων* & *latè dominans* fuit. Horatio 2. Serm. 3. *Maximus regum* est. Mycenās, quas coluit, idem 1. odâ 7. *dites* appellat, quas

Agamemnis.

ante

ante ipsū Sophocles in Electra πολυχρύσος
Tantalei generis ducus) quia Tantalus
pater fuit Pelopis; hic Atrei; Atreus por-
rò Agamemnonis, qui infame illud gen-
virute sua quasi decoravit: quippe qui,
præcone Homero,

Ἀμφότερον βασιλεύς ἰ ἀγαθὸς καὶ τερός ἰ ἀχρηστὸς
Vtrumq; erat, & rex bonus & foris bellator.

Argivum lumen) Eleganter lumen Græ-
corum dicitur Agamemnon, qui tantæ ex-
peditionis dux primarius claritate nomi-
nis sui patriam illustravit. Ita Cicero Phi-
lippicâ quintâ sub, finem de Pompeio M.
Pompejo patre, quod imperij populi Rom. lumen
fuit, extinctio, &c. Idem Phil. 2. Illos ego præ-
stantissimos viros, LUMINA Reipub. vivere
volebam: tot consulares, tot Prætorios, tot ho-
nestissimos senatores: omnem præterea florem
Nobilitatis ac juventutis, &c.

Quo regente) ἡ ἑγ. ἡγευῖν ἡ. Regens enim
hic ἡ ἑγ. ἡγός est, rex, ephorus.

Doris) Doris flamma, pro Dorica, i. e.
Græca: quam Græci extremâ illâ & fata-
li Trojanis nocte excitârunt. Cæterum
Doris urbs & regio est Græciæ. hic pro
Græcis in excidium Trojanum conjuratis
furnitur. Ita 2. Æneid.

———— juvat ire, & Dorica castra
Desertosq; videre locos ———, Erich-

Erich-
tonio
os d

Qui tu
auctor

Trois

Agame

rus ex h

Illa

quond

enume

fragiu

los, hu

exemp

bile ac

perpetu

ri: ade

lofophu

fata tran

Handqu

Quo

laudat

istudin

fundis, e

avorumq

Erichthonias arces) i. Trojam: ab Erich-
tonio rege,

Ὅς δὴ ἀφνειότατος ἦν Ἰωνῶν αἰθρῶ-
των

Qui tūm ditissimus erat mort alium hominum :
auctore Homero Iliad. XX. Dardani F. &
Trois pater. Dicit igitur, sub imperio
Agamemnonis Trojam incendio fundi-
tus exhaustam esse.

*Et mala sunt
subiecta bo-
nis.*

Illa vices hominum testata est copia
quondam) Præcipuis heroibus sigillatim
enumeratis, nunc in genere eorum nau-
fragium narrat. Dicit autem, omnes il-
los, humani generis quondam principes
exemplo fuisse, nihil in humanis ulli sta-
bile ac proprium aut fuisse aut esse, sed
perpetuā vicissitudine alterari & exerce-
ri: adeoq; verum esse, quod Seneca Phi-
losophus exclamavit, NEMINEM illesum
fata transmittunt. Et ante eum Ennius:

Handquaquam quenquam semper Fortuna se-
cuta est.

Quodq; C. Plin. in lib paneg. (ut Scalig.
laudat) divino, exaggerat: Habet has vi-
cissitudines conditio mort alium, ut adversa ex
secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat
horumq; semina Deus: & plerumq; horum
malorum

malorumq; cause sub diversa specie latent. Cui
Pindarus aptè accinit :

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι,
εὐθυμίων τε μὲ καὶ πόνων
ἐς ἀνδρας ἔβαν.

Fluctus alij aliàs
Gaudiorum atq; laborum
In homines veniunt.

Et princeps & caput Sapientiæ, id est,
Homerus :

—— ἄταρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλω
Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε δίδοι.

—— aliàs Deus illi alijq;
Nunc bona nunc mala dat.

Summa. FORTUNA nulli currum missum
à carcere intimo

Labi inoffensum per æquor ad can-
didam calcem finit:

quod maximus ille Scriptor & Toga-
torum doctissimus Varro conquestus est.
Vel, ut Lipsius noster hos versus è Nonio
legit : —— Nemini

Fortuna currum à carcere animâ missum levi
Inoffensum per æquor, candidum ad calcem subit.

Cula, i. meta. Ubi obiter notes, Calcem metam esse:
quia meta olim calce sive cretâ notaba-
tur.

Cur

Cui
dives
aliqu
vat, ex
cum

Et
Aulan
hi, qui
in coth
NULLA
Invicem
Ima per
Ille qui
Quem g
Cuius a
Medus,
Et Dac
anxius
Cuncta
àlobiles

Cur aliquis propriae Fortunae munere
dives Tendit in aethrae caelum super? Tu
aliquis, quem aura Fortunae nimis ele-
vat, explica mihi hoc involucrium Poëti-
cum in Tragœdiâ :

MEDIUM caeli dum sulcat iter,
Tenxit Latias Dædalus oras,
Nulliq; dedit nomina ponto.
Sed dum volucres vincere veras
Icarius AUDET, patriaq; puer
Despicit + alas, Phœboq; volat
Proximus ipsi, dedit ignoro
Nomina ponto.

Et tu alius, quem eadem illa aura in
Aulam & inter Principes erexit, audi mi-
hi, quid magni Principis maximo aulicus
in cothurno disputet :

NULLA fors longa est. Dolor ac Voluptas
Invicem cedunt. brevior voluptas.
Ima permutat brevis hora summis.
Ille qui donat diadema fronti,
Quem genu nixæ tremuere gentes,
Cuius ad nutum posuere bella
Medus, & Phœbi propioris Indus,
Et Dacæ Parthi his equitem minati:
Anxius sceptrum tenet, & moventes
Cuncta * divitias, metuitq; casus
Mobiles rerum, dubiumq; tempus.

V 2

†
t. Dædali hu-
mitem volo-
rum conte-
mnit.

Seneca in
Thyeste act 5.

Juppiter cum
dolorem &
Voluptatem
dissidentes
conciliare nō
posset, ada-
mantinā ca-
renā cepula-
vit: ut, me-
mente etiam-
num disidio,
se tamen mu-
tuo semper
consequantur
* Apuleius
lib 9. Met.

Vos, Pecunia, ait

difficultates
omnes esse
pervias,
auroq; ada-
mantinas
perfringi fo-
res.

* Q. Curtius
lib. 4. Breves
& mutabi-
les vices
rerū sunt.

† Guilb. Ti-
tius de bello
sacro lib. 1. 17
Ignorat
mortalis
infirmitas,
quid sibi
pariat dies.

Vos, quibus rector maris atq; terre
Ius dedit magnum necis atq; vite,
Ponite inflatos tumidosq; vultus:
Quicquid à vobis minor expavescit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno graviore regnum est.

Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium * secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam: rotat omne fatum.

Nemo tam divos habuit faventes,
Crastinum ut possit sibi polliceri. †
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Laberius:

NON possunt primi esse omnes omni tempore.
Summum ad gradum quum claritatis veneris,
Consistes egrè: & citius, quàm ascendis, decides.

(Fortunæ munere) Quid ergò mirum
fuerit, si, quod Fortuna dedit, iterum eri-
pit? Notum est Nasonis illud:

— Dat quodcumq; libet Fortuna, RAPITQUE.

(Tendit in eVectus cælum super) Non
abludit à proverbio, In cælo esse: pro sum-
mè fortunatum esse. Cicero ad Attic. 1. 2.
Bibulus in cælo est. Alludit Horatius:

Dis

Om
celode

Fing

diam u

copulat

lo, dixi

(Deus l

rum Ca

Quis n

FORTU

Aetern

Illa dom

Protinu

Et hi

tiam lua

Adstantur

Imbre seg

INVIDET

Idem

Invidia

Decus

Decorum, a

Non parit

Dis miscent Superis.

Omne propinquo Frangitur invidiæ
telo decus) Seneca :

O Fortuna viris invida fortibus!

Fingebant veteres Fortunam & Invidiam uno quasi jugo & affinitatis nexu copulatas. Unde hic noster, propinquo te-
lo, dixit. P. Statius Papinius, sublimis (Deus bone!) magnusq; vates, V. Sylvarum Carm, I. *Fortuna & Invidia copulata.*

*Quisnam impacatâ consanguinitate ligavit
FORTUNAM INVIDIAMQ. Deus? quis jussit
iniquus*

*Aeternum bellare Deas? nullâ mne notavit
Illa demum, torvo quam non hæc lumine figat
Protinus, & sevâ perturbet gaudia dextrâ?*

Et hinc non longulè illustrat sententiam suam comparatione :

————— *Sic plena maligno
Adflantur vineta Noto. sic alta senescit
Imbre seges nimio. rapida sic obvia puppi
INVIDET, & velis adnubilat aura SECUNDIS;
Idem I. Thebaidos:*

————— *agraq; letis*
Invidia

*Decus) Decus, honoris : Decor, formæ : Decus : Decor.
Decorum, actionis. Seneca Medea : cor : Decor.*
Non pœnitet servasse tot Regum DECUS.

V 3

Ibat

mpore.
peneris
decides.
mirum
im eri.
TQUE.
Non
o sum.
tic. l. 2.
:
Da

Ibat in altum Vis repetens Argos patri-
um) Exemplo Græcorum probat, quod
hic ipse, & Carus alibi dixit,

— medio de fonte lepórum

*Surgere amari aliquid, quod in ipsis floribus
angar.*

Græcos ait, prædâ atq; ad oreâ onustos
patriam affectasse: & vento secundo per
mare vectos, faventibus & juvantibus
ipsis Nymphis. Subitò autem cælum &
terram turbata fuisse, & in eorum exi-
tium quasi conjurasse: ita ut pleriq;
omnes naufragio & mortis genere omni-
um miserrimo interierint. Adeò in Græ-
cos expetijt, quod Phædrus ait, lib. 4.
Fab. 73.

Parcè gaudere oportet, & sensim queri:

Totam quia vitam miscet dolor & gaudium.

*Pedes, i. re-
mi*

Ibat in altum,) i. navigabat. Nam *naves*
in aquis *ire* videntur. Unde remi dicun-
tur *pedes*. Nonius: *Remi sunt navales pedes.*
Quod licet Doctis. Mart. An. onius Del rio
ex Societate Iesu, vellicet: tamen argumen-
tis pervicit I. Meursius, rectè ab ipso ex-
plicari. Etiam Artemidorus lib. 1. cap. 50.
Pedes interpretatur remos Hinc *remipedem*
navem dixit Ausonius in Mosella: & Cal-
limachus epigr. 6. *ἰγέσθαι ποσῖν* Lucillius
Sat. lib 8.

Verius

verum
alignis
Inde
ves tre
rust. c
lent. H
marum
vem amb
scaphas p
jam est
Poëcis.
hilomi
veli, ub
& quid
ster. Ca
S
uti cop
Vnà omne
Vis) V
ercitus.
Macht /
locum
struit, &
Vn Argos p
Scalig. Co
quid inte

*Verùm flumine uti atq; ipso divortio aquarum
I lignis pedibus cercurum concinit equus,*

Inde quia Remi sunt appellati pedes, na- Naves eunt.
ves ire & ambulare dicuntur. Cato de re
rust. cap. 1. mare aut amnis quàm naves ambu-
lent. Hinc idem Meursius Ivonem Villio-
marum refutat, qui negat dici posse na-
vem ambulare pedibus. Quid, quòd similiter
scaphas progressas dicit Salustius. Hinc et-
jam est, quòd cursus navibus tribuitur à
Poëtis. Vide Agellium lib. 10. cap. 26. Ni-
hilominus tamen & pars utraq; inferior
veli, ubi funibus distenditur, pes dicitur. Pes, pars ve-
& quidem pro lateribus, dexter aut fini. li.
ster. Catullus Carm. 4.

— Sive utrumq; Jupiter.

Simul secundus incidisset in pedem.

uti copiosè diximus ad illud Æneid. 6.
Vnà omnes fecere pedem —

Vis) Vis, quæ v. 334. & 348. Copia. i. ex-
ercitus. Vis, quod nos Germani, Eine
Macht / in re simili. Ita Scaliger hunc vis eine
locum è vet. editt. & ex ingenio re- Macht.
stituit, & explicavit. Vulgatæ edit, legunt,
Vis Argoa petens patriam. Sed miratur idem
Scalig. Correctores dispicere nō potuisse,
quid intersit inter ἀργώα & ἀργεία. Cū Argoa

V 4

ab

ab *Argo navi*: illud ab *Argivis*: ut ita hic legendum fuerit *Argiva*. Veteres editiones habent, *Vis repetens Argo patriam*. Quæ lectio mihi non reicula videtur, si *Argo* pro qualibet nobiliore navi, aut etiam classe, usitata Poëtis figurâ, sumatur.

Argi.
Argos.

Argos patrium) Ita Sinon proditor *Argos* vocat patrios 2. *Æneid*.

Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,

1. *Argivos* sive *Argolicos*. Hic urbis in Græcia nomen est *Argos*. quod Seneca in *Thyeste* act. 1. *Argos Achaicum* vocat.

Horat. 1. odâ 7.

Aptum dicit equis Argos

Juno tres urbes præ cæteris in Græciâ caras habuit, auctore Homero *Iliad*. 4. *Argos, Spartam & Mycenæ*. Pindarus ἄγυς ἡρας δῶμα θεογενῆς appellat, s. domum Junone condignam.

Preda.
Rapina.

Ditata) Nempè vis illa Græci militis. Prædâ) Propriè, ut victores. Nam *preda* victos spoliat; *Rapina* ex improviso venit. Illa ergò victoriâ gaudet, hæc petulantia. Auctore Agellio lib. 13 cap. 23. *Preda* dicitur corpora ipsa rerum ab

ab hosti
divisa, au
pecunia i
tracta app
se commin
ere, auct
viri om
Mandis v
libus ader
hoc pecur
Arcis Er
Hic) Sc
cis, nam d
plurativo
& Clasi C
cunda.
vires a
viresum
D
D
S
Aliter
Nequi
Qu
ipsa cla
act. 3.
Hinc a
Alapfa

ab hostibus capta, donec non sunt
divisa, aut divendita. Quod ubi factum,
pecunia illa ex venditione prædæ con- *Manubiae*
tracta appellatur *Manubiae*. Sed hæc inter
se comminiscuntur. Itaque verius est di-
cere, auctore Popmâ, *præda* nomine con-
tineri omnia spolia ab hostibus capta:
Manubias verò significare ornamenta ho-
stibus adempta, quæ manu ferri possint. Ad
hoc pecuniam inde redactam.

Arcis Erichthonia. i. Urbis Trojæ.

Huius scil. vi (liceat ita loqui cum pri- *Vis multas*
scis. nam & Lucretius lib. 2. *vis multas* in
plurativo numero dixit) id est, Copiæ illi
& Classi Græcorum comes erat aura se- *Comes aura*
cunda. *Comes aura*, $\rho\acute{\omicron}\mu\omega\iota\mu\omicron\ \delta\epsilon\ \rho\omega\iota\mu\omicron\varsigma$
 $\alpha\eta\tau\eta\varsigma$. quem ita describit Varro
 $\chi\rho\sigma\mu\omicron\theta\epsilon\upsilon\eta$ hæc Coronide Anapæsticâ:

*Dotis habenas animæ leni,
Dum ventus vos flamine sudo
Suavem ad patriam perducatur.*

Aliter $\lambda\alpha\mu\omega\iota\mu\omicron\varsigma\ \alpha\eta\tau\eta\varsigma$: *candidus*. Petronius:

Nequitie classes candida vela ferunt.

Quæ Scaliger notavit. Quin de hæc
ipsâ classe Seneca in Agamemnone
act. 3.

*Hinc aura primo lenis impellit rates,
Allapsa velis: unda vix tactu levis*

*Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit,
Splendetq; classe pelagus, & pariter latet &c.*

*Ventus se-
cundus:*

Aura secunda.) *ventus secundus*, & *ergo* vo-
catur à Græcis. Ventus autem non tur-
bidus, non ab alio exasperatus atq; pro-
cellofus, sed commodus & certus, *auxeris*
vocatur Homero. Vide Turneb. Advers.
lib. 28. cap. 28. Hanc *auram secundam* no-
ster 4. *Aeneid. Ventum ferentem* vocavit:
Expectet facilemque fugam ventosque ferentes:

V. ferens,

i. secundos. Ita Seneca de Beatâ vitâ c.
21. *Navigantem secundus & ferens ventus exhi-*
larat, i. ventus, qui à puppe: & *ei*. Plinius
panegyrico: *Venti ferentes & brevis cursus o-*
ptentur. Homero est *φίρειν ἄνεμος*. Ita Euri-
pides *πνοῆς πομπίμης* dixit, & *ναυσίπομπον ἄν-*
ερον. Hæc metaphorâ *Fortuna ferens* legitur
apud eundem Senecam Epistolâ 22.

Pelagus.

Pelagus.) *Pelagus* hic est, quod modò
Altum dixit, procul remotum ab littore:
nam hoc propriè *pelagus* est. argumento
sunt *pisces pelagij*, qui opponuntur *littora-*
libus. Turnebus ad illud Virgilij nostri
Aeneid 5.

Ut pelagus tenuere rates ———

Pelagus autem dicitur, quia *πέλαγος ἕρως*. U-
bi *πέλαγος* tractum ipsum significat. Vide
Sca.

P
Scaligeru
Imachus
& *pepouca*
Sunt ver
lantes, Ca
os, qui ip
N
mensa di
Carullum
pelieri. Op
dicere, se
perenni in
quam ex C
quantum
in paratu
glimum
Ner
dandas. S
necesse est
hæc *subit*
ger, nescio
quare una
Pars i
Nereidu
est navi:
Inflexi
2. *Aeneid*.
Ovid 14

Scaligerum patrem de Cauffis L. Lat. Callimachus in hymno Apollonis:

ἔα γομαι τὸν ἀείδον, ὅς ἔδ' ὅσα πάντος ἀείδει:

Sunt verba φρόνως Apollonis. Et addit Scholiastes, Callimaches, Poëtam invehere in

eos, qui ipsum ἔσκε ὡψαῶ, μὴ δ' ὕνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα. Nam & Latini *Maria* de re im-

mensâ dicebant: ut docet Scaliger F. ad Catullum. Et proverb. est: *Maria ac montes*

polliceri. Opinor igitur Callimachum hoc dicere, se non amare Poëtam, qui non ex

perenni ingenij & doctrinæ fonte, & tan-

quam ex Oceano, hauriat aut effundat, quantum opus sit. Ita ut πῖλος & propè atq;

in paratu quidvis habeat, etiam ad longissimum & operosissimum carmen.

Nereides) Vulgatæ editiones: *Neréis adundas*. Sed de pluribus omninò loqui necesse est, cum subjungat

— Pars inflexis subit acta carinis. Deinde, inquit Scaliger, nescio quid ὑποβάραρον ἐν λέξει esset. Et quare unam potius Nereidē adsignasset?

Pars inflexis subit.) Intelligit partem Nereidum præire, partem subire oneri, hoc est navi: quod Græci ἀνέχου dicunt.

Inflexis carinis.) *Inflexa carina* est, quam

2. *Aeneid. curvam*: 2. *Georg. pandam* vocat:

Ovid 14. *Met. incurvam*.

Poëta ex perenni fonte ingenij hauriat.

Carina inflexa.

Carina

Carinis) *Carina* propriè trabs navis infima, totiusq; fabricæ fundamentum & statumen: *σφραγμα ἐν τῆ ῥόμφα* Ovid. *Metamor.* lib. 14. sect. 12.

— — — *medysq; carina*

Subdita navigijs spina mutatur in usum.

Loquitur de navibus *Aeneæ*, quæ in Nymphas mutabantur. A *carina*, verbum vetus est *Carinare*, quod *Servius P. Danielis*, qui tandem aliquando (anno M. DC.) editus est in Gallijs, exponit, *Obtrectare*: & probat exemplo *Ennij*:

Carinare.

Contrà carinantes verba atq; obscena profatus.

Et alibi eundem *Carinantes chartas* (*Ich mache Barten*) dixisse ait, hoc sensu. *Festus*, sive epitomator *Festi Paulus*: *Carinantes, probra objectantes, à carinâ dicti, quæ est infima pars navis: ut illi sortis infimæ.* (*Ein ander ausrichten/ wie die badermâzd/ oder wâscherin am bach*) In *Hesiodi glossis Carinantes sunt illudentes.* *Glossarium D. Benedicti, Carinari* exponit *καρινιζῶν*. *Scaliger Carinari à carina* ita factum putat, ut apud *Græcos* *καρινίζω* à *κάρυξ*: idemq; valere ac *carinari*. Quippe *καρινίζω* est è ponte in aliquem *scommata* spargere. Nam *κάρυξ* pons est.

Scilicet

Seu cælesti fato) *Sanctione divinâ. cuius Fatum.*
lege immobilis rerum humanarum ordo seritur,
 ut ait Livius lib. 25.

Seu sideris ortu.) Sideris alicujus or-
 tu aut occasu tempestatem cientis. Ita
 apud Comicum de se *Arcturus* in Rud.

———— *Arcturus signum omnium sum acerri-* *Arcturus.*
mum:

Vehemens sum exoriens : cùm occido vehemen-
tior.

Cui accinit Flaccus lib. 3: 1.

———— *neque*

Tumultuosum sollicitat mare.

Nec sævus Arcturicadentis

Impetus, aut orientis Hædi:

Tangit autem hic *Culex* historiam:
 quâ Græci narrantur exortâ tempestate
 ad saxa Capharea naufragium fecisse: de
 quibus ad versum 349.

Mutatür cæli nitor.) Illa prior cæli
 serenitas & suda tempestas classem desti-
 tuit: dum

———— *Cæli fuscator Eoi*

Incubuit Corus. ———

Ut loquitur Pharsaliæ auctor. *Nitor*
cæli: ita nitor lucis apud Senecam in Herc. *Nitor cæli,*
 Fur. *lucis, auri.*

———— *nitor Percussit oculos lucis* ———

Ita

Ita *nitor auri* legitur apud Ciceronem. Noster tamen in universâ suâ poesi, quod mireris, nusquam utitur hoc verbo, nisi *Culice*: hic, & infra v. 403. *hederæ nitor*.

Omnia ventis sunt anxia.) Ovid. lib. 14. Met. Sect. 13.

Venti enim
Aurorâ &
Astræo ge-
niti.

Meridies

pro mediâ no-
ctē. ut alibi
Æquidiale,
pro Æquino-
ctis.

*Aerâq; & tumidum subitis concursibus æ-
quor*

Astræi turbant & eunt in prælia fratres.

Varro Marci pore:

Repentè noctis circiter meridiem,

Cum pictus aer servidis latè ignibus

Cœli choré. is astricas ostenderet:

Nubes aquales frigido velo leves

Cœli cavernas aureas subduxerant,

Aquam vomentes inferis mortalibus:

Ventiq; frigido se ab axe eraperant

Phrenetici Septentrionum filij

Secum ferentes tegulas, ramos, sirûs & c.

Omnia turbinibus sunt anxia) De tur-
bine Seneca lib. 7. c. 5. ita philosophatur:

Turbo ven-
tus.

*Turbo circa terras concipitur ac fertur. ideoq; ar-
busta radicitus vellit, & quocunq; in subuit, se-
lum nudat: silvas interim & tecta corripiens, in-
ferior ferè nubibus; utique nunquam altior. Tur-
bo omni nube velocior rapitur, & in orbem ver-
titur. Ibidem cap. 8. Turbinum cursus rapi-
dus ac violentus, & ipsis ventis citatior est. Tur-
binum*

binum motus vagus est & disiectus & verticosus.
 Ibidem cap. 9. *Turbinem efficit plurium ventorum inter ipsos luctatio. Turbinis mira velocitas, & mira brevit as.*

Jam maris unda Certat sideribus con- *Poëtica tem-*
 surgere.) Est quod Ovidius Metam. dixit. *pestas.*

— *Calumq; equare videtur*
Pontus, & inductas adspergine tangere nu-
bes.

Talium pleni sunt omnes Poëtarum libri. Et ejusmodi Poëticam tempestatem habes in primis apud nostrum etiam i. Æneid. Ovidium i. Trist. & 2. Met. Lucanum lib. 5. Statium Thebaid. 5. Flaccum i. Argonaut. Apollonium lib. 2. Deniq; qui omnibus est omnia, *Homerum Odyss. 6.* Et has hyperbolas coloresq; Musicos non abhorruit etiam, quod mireris, Presbyter ille Carthaginensis opt. max. *Tertullianus.* Nam quis Poeta magis Poëticè posset tempestatem illam, quæ *Iehova Deus fugitivum Ionam* corripuit, describere?

Hic DOMINVM in terris fugiens, invenit in undis.

* * * * *

Vellere sulphureo de semine concita venti,
Paullatinq; globus pariter cum Sole cohasit,
Deceptumq; diem caliginis agmine clusit.

Fit &c.

Franc. Ju-
 raturus, & P.
 Pithæus L.
 et i. è vert.
 cod. Ter-
 tulliano
 tribuunt.

Initium est:
 Post Sodo-
 mum & Go-
 morum vi-
 ventia fu-
 nera in æ-
 vum Et ci-
 nerum se-
 nio signata
 incendia

*Fis speculum cæli pelagus, niger ambitus undas
Inficit, in tenebras ruit æther. & mare surgit.*

*Tempestat
que Græcos
reduces ve-
xavit.*

Porro hanc ipsam tempestatem, quam Poëta noster hic describit, & quæ Græcos Trojâ reduces in mari oppressit, nemo meliùs explicaverit, quàm qui ipse interfuisse videri vult, Eurybates miles, apud Senecam in Agamemnone. Sic ergo ille ad Clytemnestram Agamemnonis uxorem, Ægypti amasiam:

*† Virgil-
freta ponti
Incipiunt
agitata tu-
mescere.*

*NOX prima cælum sparserat stellis: jacent
Deserta vento vela: tum murmur grave
Majora minitans collibus summis cadit,
Tractuq; longo litus ac petrae gemunt.*

*Agitata ventis tunda venturis tumet:
Cui luna subito conditur, stelle cadunt.
In astra pontus tollitur; cælum perit.
Nec una nox est: densa tenebras obruit
Caligo, & omni luce subductâ fretum
Cælumq; miscet: undiq; incumbunt simul,
Rapiuntq; pelagus, infimo eversum solo
Adversus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.
Sua quisq; mittunt tela. & infesti fretum
Emoliuntur. turbo convolvit mare.
Strymonius alt. us Aquilo contorquet nives;
Lybicusq; arenas, Auster ad Syrtes agit.*

Nec

Nec manet in Austro; fit gravis nimbis Notus,
 Imbre auget undas; Eurus Orientem movet.
 Nabathæa quatiens regna, & Eoos sinus.
 Quid rapidus ora Corus † Oceano exerens?
 Mundum revelli sedibus totum suis,
 Ipsosq; rupto crederes cælo deos
 Decidere, & atrum rebus induci chaos.
 Vento resistit æstus, & ventus retrò
 Aestum revolvit. non capit sese mare:
 Undasq; miscent imber & fluctus suas.
 Nec hoc levamen deniq; ærumnis datum est,
 Videre saltem, & nosse. quo pereant malo.
 Premunt tenebræ lumen, & dira Stygis
 Inferna nox est. † excidunt ignes tamen, *
 Et nube dirum fulmen elisâ micat,
 Miseriq; lucis tanta dulcedo est malæ;
 Hoc lumen optant. ipsa se classis premit,
 Et prora prora nocuit, & lateri latus.
 Illam dehincens pontus in præceps rapit.
 Hauritq; & alto redditam revomit mare.
 Hæc onere sedit: illa convulsam latus
 Summittit undis; fluctus hanc decimus † regit;
 Hæc sacra & omni decore populato levis
 Fluitat; nec illi vela, nec torsæ manent;
 Nec restus altas malus antemnas ferens,
 Sed trunca, toto puppis Ionio natat.
 Nil ratio & usus audent: ars cessit malis. †
 Tenet horror artus, omnis officio stupet

X

NAVITA MIQ; CADIT.

† Corus ab occidentis latere Septentrionem stipat, Boreas ab Orientis latere.

† Non cæli nox illa fuit - - - * sed obscuri. Virgil. nec fulgura currunt

Clara; sed obscurum nitobosus disilit aer.

† Decimus fluctus, fluvium maximum est, Flæco l. 2. Argon. Ovid. 2. Trist. 2. meta. Lucan. l. 5. Sili

lib. 14 dicitur & Decumana

9. ita Decumana ova, que veteris majore creduntur.

† Ovid. deficit ars, ani-

ciat ars, ani-

Navita relicto. remus effugit manus:
 In vota miseros ultimus cogit timor,
 Eademq; superos Troes & Danaï roganť.
 Quid fata possunt! invidet Pyrrhus patri,
 Ajaci Vlysses, Hectori Atrides minor.

“ Priamo Agamemnon. quisquis ad Troiam jacet;

“ Felix vocatur: cadere qui meruit manu,

“ Quem fama servat, victa quem tellus premit.

“ Nil nobile ausos pontus atq; unda ferent?

“ Ignava fortes fata consument viros?

“ Perdenda mors est. quisquis es nondum malis

Satiare tantis celitum, tandem tuum

“ Numen serena. Cladibus nostris daret

“ Vel Troja lacrymas. † odia si durant tua

† Ovid. 14. Placetq; mitti Dericum exitio genus;

Met. Grecia Quid hos simul perire nobiscum juvat,

tunc potuit Priamo Quibus perimus? sistite infestum mare:

quoq; Hen- Vehit ista Danaos classis & Troas simul.

da videri. Nec plura possunt; occupat vocem mare.

Ecce alia clades: fulmine irati Iovis

† Rectè nam Armata Pallas, † quicquid aut hastâ minaxi

Manubie, i. Aut Aegide, aut furore Gorgoneo potest,

fulminum ja Aut igne patrio, tentat; & celo novæ

Etis tres dij Spirant procellæ. Solus invictus malis

possidēt, Iup. Luctatur Ajax: vela cogentem hunc sua

Pallas, Vul- Tenso rudente flamma perstrinxit cadens.

canus. Libratur aliud fulmen: hoc toto impetu

Certum reductâ Pallas excussit manu;

Imi-

Imitata patrem: transit Ajacem, & ratem,
 Ratisq; partem secum & Ajacis tulit.
 Nil ille motus: ardua ut cautes solo
 Ambustus exstat; dirimit insanum mare;
 Fluctusq; rumpit pectore, & navem manibus
 Complexus in se traxit, & caeco mari
 Collucet Ajax: omne resplendet fretum.
 Tandem occupat à rupe, furibundum intonat,
 Superasse nunc se pelagus, atq; ignes: juvas
 Vicisse caelum, Palladem, fulmen, mare.
 Non me fugavit bellici terror Dei:
 Et Hectorem unà solus & Marce[m] tuli;
 Phœbea nec me tela pepulerunt gradu:
 Cum Phrygibus istos vicimus, tandem horreat
 Aliena meriti tela mitti dexterâ?
 Quod si ipse mittat? plura cum auderet furens,
 Tridente rupem subruit pulv[er]am pater
 Neptunus, imis exerens undis caput,
 Solvitq; montem; quem cadens secum tulit:
 Terrâq; & igne victus & pelago jacet.
 Nos alia major naufragos pestis vocat.
 Est humilis unda, scrupulis mendax vadis,
 Vbi saxa rapidis clusa vorticibus tegit
 Fallax Caphareus, astat scopulis fretum,
 Fervetq; semper fluctus alternâ vice.
 Arx imminet prærupta, quæ spectat mare
 Vtrinâq; geminum: Pelopis hinc oras tuis,
 Et Isthmon, arcto qui recurvatus solo

Ioniam jungi maria Phryxeis vetat.

*Hinc scelere Lemnon nobilem; † & hinc Chalci-
da,*

† Plautus
Rud. qui se
scelere fieri
volunt no-
biles. Le-
mniades au-
tem omnes
mares inter-
fecerunt, ex-
cepta Hesi-
pyle, quæ
patri Thoan-
ti pepercit.

¶ Nauplius.

Voluntq; maria. cedit in luctum furor.

*Postquam litatum est, Phœbus in lucem redit,
Et damna noctis tristis ostendit dies.*

Copia) copiam vocat exercitum: ut su-
prà v. 334. Varro III. Rerum humana-
rum: In tres partes divisa copia, &c. Citat
Scaliger è Probo VI. Bucolico Virgilij.

Modò lata copia) Nempè illi,
Quibus aura primo lenes impellit rates
Allapsa velis, unda vix tactu levis
Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit,
Splendetq; classe pelagus,
illis de improvviso omnia sunt adversa,
quà cœlo, quà terrâ.

Aquis peri-
re omnium
miserrimum.

Miseris circundatur anxia fatis) Mife-
rum appellat fatum, quia mors, quæ in-
naufra-

naufra-
erat vere
pulta ma-
nari lib-
ardere
non mort-
plumenda
Ovid. Tri-
Demite
aliquid
In solit-
mandar
Et non
Itaq;
ra carere
preium,
pellebat a
over, ve
sepelition
eum. Qu
cadaveribu
quodlibet
transcurri
gestu. Hor
de tu, nau

naufragio oppetebatur, invisa maximè
 erat veteribus illis: quod corpora inse-
 pulta manerent. Flav. Vegetius de re mi-
 litari lib. 4. cap. 44. Alij ferro interimuntur,
 alij ardere coguntur influctibus. inter tanta ta-
 men mortium genera qui acerrimus casus est,
 absumenda piscibus insepulta sunt corpora.
 Ovid. Trist. lib. 1. el. 2.

Demite naufragium, mors mihi munus erit.
 Est aliquid fati quo suo ferroque cadentem
 In solita moriens ponere corpus humo,
 Et mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum,
 Et non equoreis piscibus esse cibum.

Itaque; ne post mortem ejecti sepultu-
 ra carerent, membro alicui alligabant
 pretium, quod sepulturus accipiebat. Se-
 peliebat autem, qui in tale incidebat ca-
 daver, vel totum, vel saltem tumultuariam
 sepelitione terram plenam manu ter injici-
 ebat. Quintilianus Declamat: 5. Ignotis
 cadaveribus humum congerimus, & insepultum
 quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida
 transcurrit, ut non quantulocumque veneretur ag-
 gestu. Horatius lib. 1. odâ. 28.

At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenae
 Ossibus & capiti inhumato

Particulam dare

X 3

Ad

Sepelitio tu-
 multuaria

Terra jactus.

Ad quem locum vetus interpres: *In sacris hoc genus sepulturae tradebatur: ut etsi non obruerent, manu plenam ter jacta terra cadaveri pro sepultura esset.* Et observat ingeniosissimus ille Gandensium Heinsius ex hoc Horatij loco & alio Ciceronis lib. 2. De Legibus: *Primumquam in os injecta gleba est, locus ille ubi crematum est corpus, nihil habet religionis, &c. glebam illam in os mortui injici consuevisse.* Et post glebae injectionem (inquit idem ille) mortuus vocabatur *Humatus*; sed antea, *Humilis*. At vero Servius ad illud 1. Aeneid. de Aenea in aquis periclitante.

Gleba in os injecta.

Humatus: Humilis.

Ex templo Aeneae solvuntur frigore membra; notat: Aeneas non timet mortem, sed mortis genus. Grave est enim in aquis perire: quia Anima ignea est, & videtur extingui contrario elemento, secundum Homerum: quem Synesius epistola 3. narrat de solo Ajace Oilei aquis submerso ad istum modum scripsisse,

Ajax Oileus in aquis interijt.

ὡς ὁ μὲν ἐνθ' ἀπὸ λωλεν, ἐπεὶ πῖεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Ajax INTERIIT, postquam bibit aquosissimam.

Nullum enim alium INTERISSE dixit: sed ut quisq; à corpore sejungitur, *αἰδός.*

αἰδός δε βεβήκει. Talem mortem Achilles Iliad 21. λαζαλέος appellat, id est, indignam, & perniciosam. Ita milites, apud Synesium, ne naufragio perirent, statuunt sibi necem manu consciscere, ut heroicam, & animæ nequaquam exitialem.

Immoriturq; super fluctus) Nam ut Eurybates apud Senecam de hoc ipso Agamemnone in Agamn.

— Atrides equore immenso vagus
Graviora pelago damna quàm bello tulit:
Remeatq; victo similis, exiguus trahens
Lacerasq; victor classe de † tantâ rates.

Saxa Capharei) Caphareus mons est in Eubœâ insulâ: circa quem Græci naufragio periêre. Ipse Græcus Orator
Æncid. 11.

Quicumq; Iliacos ferro violavimus agros
(Mitto ea quæ muris bellâdo exhausta sub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus. scit triste Minervæ
Sidus, & Euboicæ cautes, ultorq; Caphareus.

Propertius lib. 3. eleg. 5.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,

Naufraga cum vasto Græcia tracta sa-
to est.

X 4

Nau-
faciunt.

† Nam ex Catalogo Homeri patet, classem Græcorum fuisse navium 1030 ex Darete 1140, ex Ditye 1295. Æschylus, Virgilius, Propertius, Seneca & alij, qui ad amussim non exegere numerum, εὐλοῦ ἀργεῖαι χιλίων αὐπῆν

pres: In
ut et si no
cadaveri
nihilis.
ex hoc
ib. 2. De
pleba est,
habet re-
ortui in-
jectio-
s voca-
At ve-
neâ in-
embra;
ortis ge-
Ani-
io ele-
nefius
aquis
fle,
μυρόν
equoria
E di-
itur,
αἰδός

Nauplius enim filium Palamedem, dolo Ulyssis ad Troiam interemptū ulciscens, cum videret Græcos tempestate affligi montem Caphareum conscendit, elataq; face signum dedit vicini portūs. Quā re decepti Græci inter asperrimos scopulos naufragium fecerunt. De quo idem Romanus Callimachus libr. 4. eleg. 1.

Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes:

Et natat exsuvijs Græcia pressa tuis.

Vide & magistrum Amandi, lib. 2. de Remed. Amoris.

Gyrea littorā

Gyreaq; latè Littora) Nam γυραῖαι πέτραι Homero dicuntur Odyss. 4. ad quas Ajax perijt. In Commentarijs in Lycophronem, Γυραῖαι δὲ κυρίως ἐλέγοντο αἱ πέτραι, ἐν αἷς ὁ Αἴας ἀπώλετο. Notat Scaliger, in obsoletis editionibus Culicis, ut & in membranis, planè scriptum esse *Caiica*. Hinc ille suspicatur legi etiam posse *Aegæa*, auctoritate Euripid. in Jone :

— πέτραις καφηρείαις ἐμβαλῶν, αἰγείτε.

Peragere.

Phrygiæ præda peracta) Ita Scaliger è vett. editionibus. *Peracta*, i. pernicus

nitus averfa, & convectata. ut *fidus per-* *Peractum fo-*
ctum, confectum. *ctus.*

Fluctuat &c.) Membrana Contij, pro
tractu habebat *luctu*. Hinc Scaliger,
fluctu. Quin & totum verfum in ea ita
 conceptum affirmat:

Fluctuat omnis in equoreo naufragia lu-
ctu.

Unde opinatur legi etiam polle:

Fluctuat omnis in equoreo navifraga flu-
ctu.

ut, ——— *navifragum Scylacæum, Æne.*
 id. 3.

Hic.) in campo Elyfio apud inferos.

Pariles virtutis honore.) Ovidius Meta-
 morph.

Quosq; alios parili fuerat dignatus honore.

Heroes.) Manilius lib. 1. *fortes ani-*
mas appellat. Veteribus Heroes omnes
 deorum filij nuncupabantur. Unde
 noster Æneid. 6. Dijs genitos vocat.

Heroes deo-
rum filij.

Est ergò Heros ex femisse Deus, & ex altero Heros.
femisse homo. Hierocles in Commentar.

ad Aurea Carmina Pythagoræ: Θεῶν

παῖδες οἱ ἥρωες εἰκότως ἐπευφημῶνται.

X

S

816

Ita ignoti, ferè Dei alicujus filij censebantur. Sicut Medici, qui herbe alicujus nomen ignorant dicere solent; Est herba Dei. Orion.

Sic illa apud Comicum duas matres habere cavillatur.

Heroes bestiarum exuvio vestiebantur: ut Hercules leonis.

Nova nupta pelli infidebat. Heroes saltationibus se exercuerunt. Rex Persarum saltet.

ἐκ τῆς Ἰνιτῆς ἑστίας αὐτῶν γενόμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς μονοειδῆς αὐτῶν αἰτίας παθόντες, οἷον φῶς τῆς ἑστίας τῶ φωτίνῃ σωματος σύνδρομον. Ita Orion τριπάτωρ dicitur, à tribus patribus, Jove, Neptuno & Mercurio: Nonnus Dionysiac. lib. 13. Heroes antiquitus pellibus amicti erant, unde noster Æneid. 5.

occurrit Aestes

Horridus in jaculis & pelle Libystidos urse.

Et ibidem:

Dat Niso Mnestheus pellem horrentiâq; leonis

Exsuvias

Eâq; de causâ apud Romanos in pelle lanatâ novam nuptam considerare moris erat: ut monuit Meursius & Turnebus. Heroes etiam saltabant; ut Theseus, Achilles, Pyrrhus, & Socrates ipse. Quin & regem Persarum semel in anno saltare consuevisse, idq; temulentum, in honorem Dei sui; ex historijs Scaliger. Pater docuit lib. 1. cap. 18. Poët.

Heroes tantum carne assâ, non etiam coctâ usos apud Homerum, auctor est Suidas.

Suidas. ut monet Casaubonus in Athenæum lib. 1. cap. 8. Etiam Servius Heroës elixis carnibus negat usos. Sed tamen Euripides, in Cyclope, ait Polyphemo parata fuisse *επιτην νειν εταται*. Fuit ergo pars carniū elixa. Et Ovidius de Lycaone:

Heroës tantum ossa vescabantur.

Gebratens und gesotens.

Atq; ita semineces partim ferventibus artus

Mollit aquis. partim subjecto torruit igni.

Et de Irylo, idem:

———— pars inde cavis exsultat abenis.

Pars verubus stridit ———

Nisi fortè hos tres in censu Heroum non habeamus. Heroes antiquissimos cum poculis pictos esse, docet Athenæus, de quo Casaub. ibid. lib. 11. c. 2. Obiter memoro, Scaligerum, in Opere admirabili Poëtices, Bembum castigare, quòd DOMINUM JESUM IESVS non Heroa vocet, voce (ut ait) impiâ, & utroque indignâ. Et addit: Ne argutetur quispiam, Heroëm ex semisse Deum, ex altero semisse hominem. Non possunt monstrorum figmenta vero DEO nostro convenire. Nam

Heroes cura poculis.

est Heroa:

Nam

neque magna-
nimus.

Der alten
teutschen
Keten.

Nam qui ei *magnanimi* quoq; adiecit epi-
thetum, aut Aristotelem, aut ipsam J E-
S U M ludere videtur. Porro majores
nostri Germani suos **Ketfen** / i. *Reges*,
nuncupabant *Heroës Helden*. Quos *Rekios*
Chronici nostri, in tradendis priscis Ger-
manorum Regulis, imperitè & ingratijs
τῶ ἐτόμῳ, cum *Risus* confundunt, & inter-
pretantur *Gigantes*. Cùm *Reges* antiquitus
apud Germanos fuerint populi duces ac
defensores; homines justis æquè ac fortes,
qui terram Germanam à ferarum, latro-
num & hostium defensarent impetu: si-
ve regioni aut civitati dominarentur, seu
castris tantùm. Incertus autor Part. 3.
Heldenbuch/de Theodorico Veronensi,
quem nostri **Dieterich von Bern** vo-
cant, Gibichum Vangionem colloquen-
te.

Do sprach der Bernere/
Iz habent Ketfen genug/
Darumb sint ick vnnere
Alle Ketfen ze vngesüg.
Darumb mus ich herbringen
Min Ketfen die ich han.
Iz redent von den dingem
Si turent meinen bestan.

Zan.

Tanbuser / postquam plurimos Heroas
enumerasset, subjicit:

Tanheu-
ser.

Nu lassen wir! die Reken sin/
Vnd alle die von Trana etc.

Wolfram von Eschilbach:

Der wünder künne Reke

Der wert sich ritterlich/

Er slug mit heldes müte

Bil manchen Jüngeling etc.

Hinc diserte vides Rekiōs à *Risij* *Rekiō* non
discriminari, *Risij* tamen & ipsi, ubi rectè *sunt Risij*.
egerunt, *Rekiō* appellati sunt, ut patet in
principio libri, qui inscribitur, **Reken**
usfart von Netteingen. Cæteroqui
Risij vocabant homines proceros ac ro- *Risij*.
bustos, qui silvas & montes incolebant
latrocinandi gratiâ, contra quos invoca-
ti *Rekiō*, auxilio afflictis fuere, inde quod
vocantibus inservirent, **Degen** dicti,
hoc est, servi aut ministri. nam id propriè
in veteri linguâ **thegan**.

Otfridus Wissenburgens. præfatione
ad Hludovicum Regem:

Thegan sin in ware
In maniger zale
Manag leid er tulce

Im

Um thaz do Gott gihantē
 Uberumant er sie zar frain
 So Gotes thegane gizam:
 Egun wir thie guati
 Giliche thegan ruti.

Vetus ille Paraphraſtes Testamenti Vete-
 ris:

Enoch der Gots degin wis.

Idem de Pharaone & Jacobo Patriar-
 chā:

Gap do der Künic ſinen ſegen
 Er lie den edilen Gots degin.

Ein alter
 Teuſcher
 Edelman.

Degen/o-
 der Plöz/
 unde?

Nach der
 Vogt zu
 Wanſees.

Cæterum Edilt hegana, ſeu Degin, in-
 ter humanos propriè homo nobilis, vir-
 tute præſtans, humani generis officio
 belli domiq; paratus. Ita poſtea Degin ap-
 pellatus eſt gladius, quòd ejus ministerio
 in defenſione uterentur. Sed ut hoc
 etiam addam: (ſinite me, quæſo vos, amo-
 re & affectu in majores noſtros paulum
 delirare.) *Rekij* illi & heroës, viri for-
 tes, principes, & tandem etiam Princi-
 pum Princeps rex vel Imperator Roma-
 nus, & quicunq; quodcunq; imperium
 habebant, Vogte ſunt appellati. Auctor
 N. von Wenzel:

Gott

Gott hat us erde an zwene man die Kristen-
heit gelan:

Der Babest der sol vnser Sele in seiner hute
han/

So sol den lib vnd vnser güte

Ein Bogt von Rome schirmen mit gericht-
te.

Reinmar von Zwetter:

Das riche dast des Keisers nicht/

Er ist sin pfleger vnd sin voget.

Dast/l.
das ist.

Walther von der Vogelweide:

Her Keiser ich bin vrone Gotte/

Vnd bringe iv Botschafft von Gotte/

Er hies iv klagen/ ir sit sin voget

In siner siner lande broget.

Hardeggere:

Vnd hilf den Künig Chünrat also

Das er mit rechte ein Bogt ze Rome werde.

Tanhuser:

Den Boget von Rome ich dife wol gesehen
han.

Strikere in Caroli M. gestis:

Vffstund der Bischof Tiurpin:

Bogt von Rome/sprach er do etc.

Scilicet ad Carolum Imperato-
rem. Sic & D E U S ipse, Impera-
tor

enti Vere.

Patriar.

Degin, in.

bilis, vir.

s officio

Degin ap-

nisterio

ut hoc

os, amo.

paullum

viri for-

n Princi-

r Roma-

aperium

Auctor

Gott

tor cali & terra, nonnunquam appella-
tur.

Ille von Singenberge Truchseze ze
Sant Gallon:

Der Werlte voget / Des Himels kün-
ig/ich lob üch gerne.

Cancellarius Imperatoris nomina-
tus.

D himel Künig/in himel voget/
Gewaltig vürste in lusten gar.

Anonymus, sed vetustus Poëta, paraphra-
si Vet. Testamenti:

Reicher Gott herre über alle krafft/
Voget himelsher herschafft.

Biterolf de Principe Henneborgensi:

Den edeln Voget man toten dahin für
den Keiser trug

In historia Theodorici Veronensis:

**Diete-
richs von
Bern.**

Der edel Vogt von Bern.

AMO te, amo, mi GOLDASTE,
flos eruditorum & Nobilitatis Helveti-
cæ: & parum abest, quin te tantum supra
omnes Criticos ponam; quanto carior
mihi omni Græciâ & Latio est mater
mea Germania: cujus tu unicus hodie
Antiquarius, Salve FRATER Germa-
num

P.
num in m
videbo, n
nis nostra
um amp
WLM.
Med
Anticit in
vris sediff
in meo
bus plen
bis decus, i
ellocatos
ore? Nat
torem i
fac. De I
hodieq;
Coropus
Dextrun
vide i
Drusus Q
Lipho
ra, quæ
Decade II
disputa
Siti.) Sit
antur Ci
ellius, lib
quod sitos, i.

num in modum. Quando te videam?
videbo, me Deus respexerit, & commu-
nis nostræ Matris amasium & Secretari-
um amplexabor H A I M I N S F E L-
DIUM.

Medijsq; siti sunt sedibus omnes.)
An dicit in medio Inferorum omnes He-
roas sedisse? nam, ut infra dicitur, Elysi-
um in medio Inferorum est suis felicitati-
bus plenum. An dicit; Romanos, or-
bis decus, in medio Heroum reliquorum
collocatos fuisse, utpote in loco honora-
tiore? Nam medium locum fuisse hono-
ratiorem in plerâque omni gente con-
stat. De Dextro & Sinistro controver-
sia hodieq; est, uter sit honestior. Joh.
Goropius Becanus *Sinistrum* censet: Lipsi-
us *Dextrum*. Argumenta & arma utri-
usq; vide in Electis Lipsij lib. 2. cap. 2. J.
Drusius Quæsitis per Epist. CXVII. facit
cum Lipsio: & rectè. Vide etiam, si o-
peræ, quæ Jos. Castalio Observationum
Decade IIX. Cap. X. ad Cæsarem Baroni-
um, disputavit.

Siti.) Siti, propriè sunt mortui: ut te-
stantur Cicero libr. De Legibus, & A-
gellius, lib. 20. cap. 2. unde *Siticines*, qui a-
pud *sitos*, i. vitâ functos & sepultos cane-
re so-

*Turcos Sini-
strum habere
honestiorem
auctor est
Auger. Bus-
bequius: quod
ibi sit gladi-
us defensor
imperij.*

Siti, qui

re soliti sunt. ijq; proprium genus tubæ à
cæterorum differens habuere : Græcis
τυμβαύλει. Tumulus P. Scipionis Africani:

HEIC EST ILLE SITUS, QUOI NEMO CEEI-
VI' NEQUE HOSTIS

QUIBIT PRO FACTEIS REDDERE O-
PRÆPRETIUM.

Tumulus Ignavi:

VATIAS HIC SITUS EST.

Tumulus Hannibalis:

HANNIBAL HEIC SITUS EST.

Situs ergò funebris vox est propriè. Sed
siti hic simpliciter sunt quovis modo po-
siti aut collocati : quos inferioris meritù
quasi circumstant.

Roma.

Roma decus magni orbis.) Martialis
Romam compendio & magnificè lau-
dat,

— TERRARUM dea Gentiumq; ROMA,
CUI PAR est nihil, & nihil SECUN-
DUM,

Sed Poëtæ hæc laudatio est. audiantur
& Historici. Livius libr. i. *Nulla unquam*
Respub. nec MAIOR, nec SANCTIOR, nec
bonis exemplis ditior fuit. Ita Ammianus
ROMAM Imperij VIRTUTUM Q. o-
mniun Larem appellat. Romæ etymon
curio-

P. V.
curiosè qu
mus, Roma
non apud
tis apud
na nomi
lingua no
nomen
tradit O
Nomes ap
esortè qu
Quos su
um & her
Hic Fabi
Oculus He
Lina, pr
qui Vejen
nat, & læp
nam flu
num omr
te gente a
relectus, ge
Maximum
Cures cun
re de eo
Cuius lau
paris, p

curiosè quidam indagârunt. D. Hierony-
 mus, *Roma aut Fortitudinis*, inquit, *no-*
men apud Græcos est, aut Sublimita-
tis apud Hebræos. Lipsius tertiam et-
 jam nominis interpretationem reddit
 è linguâ nostrâ: quia *Roma, Gloria & fa-*
ma nomen est Germanis; *Roem Ruhm.*
 & tradit Orosius apud orientales Indos
Xumes appellari milites bonos ac for-
 tes: fortè quasi *Romanos*.

Quos suscipit.) in numerum Princi-
 pum & heroum suorum.

Hic Fabij.) *FABIORUM* familia, quam
 Ovidius *Herculeam* appellat, Romæ nobi-
 lissima, præcipuè à Fabijs illis CCCVI.
 qui Veientes sibi solis hostes deposce-
 bant, & sæpè victores, tandem apud Cre-
 meram fluvium dolo circumventi, & ad
 unum omnes interfecti sunt. Unus ex
 eâ gente armis nondum habilis domi
 relictus, genus propagavit ad Q. Fabium
 Maximum,

Cui res cunctando restituenda foret:

ut de eo Ovidius 2. Fastorum cecinit.

Cujus laudis, ut & reliquorum hujus
 gentis, passim apud Livium, Plutar-

X 2

chum,

Fabij.

*Seneca lib. 5.
 de Ben. Ne-
 mo trecentos
 Fabios victos
 dicit, sed oc-
 cisos quoni-
 am etiam in-
 rās superati
 animus invi-
 ctus est.*

*Duo Fabij
 Augusti ævo
 maximè illu-
 stres:*

Paulus Fab.
Max. & al-
ter Q. Fabius
Max. Africa-
nus, qui
surpissimam
ajebat Impe-
ratori excu-
sationem esse,
NON PV-
TAVI, au-
tore Seneca,
libr. 2. De
ira, 31.

Rausch/
unde?

Semipotus,
der ein
Rausch
hat.

chum, alios. *Fabios & Decios conjunxit et*
jam Manilius lib. 1.

Certantes Decij votis similesq; triumphis:

Invictusq; morâ Fabius

Fabia autem familia non à *fabis* nomen in-
venit, ut nugantur Grammaticorum
pauca, sed à *faviâ*. nam *favea* apud priscos
erat *fovea*. unde *Favij* dicti: quòd auctor
gentis est ita dictus à *foveâ*, sive *faviâ*, ad
quam ejus matrem compresserat Hercu-
les: ut etiam Ovidius testatur 2. Fast. Ita
videmus ignorantiam antiquitatis multa
monstra parere in omnibus disciplinis.
Dabo leviculum (in leviculo nostro Cu-
lice liceat) linguæ vernaculæ. Audias
quotidie, *Er hat ein rausch*. item, *Er ist
ein voller zapf*. Quis non quid vis po-
tius de origine horum comminiscatur,
quàm ut veri fontem respiciat, veterem
linguam? In Martyrologio Apostolorum,
de Monacho luxurioso:

*Jedoch vber rüfche
Was er ic mit rüfche/
Bnd einvoller schaft/etc.*

Ad quod Interpres Nobilis Haimins-
feldus: *Rüfch* dicuntur *semipoti*: ab ala-
critate nimirum: quia *vinum exhilarat cor*
homi-

P. V.
minis.
Quis jam h
vereri isto
Nüsch /
nos
inrenti
nactu d
ges dixer
—
in re sim
Decijq;
ille qui
dicillo,
gem De
Cris se pr
conitate
hunc pa
simus ac j
velut pr
res usurp
man incur
ut, (non
sed & c
nus bon am
tribus c
plum,
Pontific

hominis. *Rüsch/gaillard, alacris.* Hæc ille. Quis jam hæc nostra aliunde, quàm ex veteri isto fonte derivet? Quod illi *Rüsch* / nos plenius *rausch*: quod illi *Schast* / nos pinguius *zapf* &c. Vides nos in sententiâ conspirare; tantùm in pronuntiâ diverſi paullùm. Erit, qui hoc nugas dixerit; fortè nugas ipſe:

Ein voller
zapf/ unde?

— *Sed nuga in ſeria ducent;*

Ut in re ſimili Flaccus olim dixit.

Decijq;.) Pater & filius, immò & nepos. ille quidem bello Latino, iſte Hetrusco, hic illo, quod Pyrrhus pro Tarentinis geſſit. De quibus Seneca Epist. 67. *DECIVS* ſe pro Repub. devovit, & in medios hoſtes concitato equo mortem petens irruit. Alter poſt hunc paternæ virtutis æmulus, conceptis ſolemnibus ac jam familiaribus (i. non ignotis, & velut proprijs huic familiæ: quia & Pater uſurpaverat.) verbis, in aciem conſer- tiſſimam incurrit, de hoc ſolicitus tantùm, ut li- taret, (non ſacrificaret ſe tantùm pro Re- pub, ſed & deos propitiaret.) optabilem rem putans bonam mortem. Auctor libr. De viris illuſtribus cap. 27. de P. Decio filio agens: Exemplum, ait, Patris imitatus, advocato M. Livio Pontifice, haſta inſiſtens, & ſolemnia verba

Decij.

*Devotionis
formula.*

respondens, se & hostes Dijs manibus devovit.
 Quale verò id carmen esset, aperit Livius
 lib. 8. qui Decium patrem in prælio con-
 tra Latinos his verbis, præeunte Pontifi-
 ce Maximo, se devovisse narrat: JANE,
 IUPITER, MARSPITER, QUIRINE,
 BELLONA, LARES, DIVI NOVENSI-
 LES, DIVI INDIGETES, DIVI QUORUM
 EST POTESTAS NOSTRORUM, HOSTI-
 UMQUE, DIIQUE MANES, VOS PRE-
 COR, VENEROR, VENIAM PETO, FE-
 ROQUE, UTI POPULO ROM. QUIRITI-
 BUS VIM VICTORIAMQUE PROSPE-
 RETIS, HOSTESQUE POPULI ROM.
 QUIRITIUM TERRORE, FORMIDINE,
 MORTEQUE AFFICIATIS: SICUT
 VERBIS NUNCUPAVI, ITA PRO RE-
 PUBL. QUIRITIBUS, EXERCITU, LE-
 GIONIBUS, AUXILIIS POPULI ROM.
 QUIRITIUM LEGIONES AUXILIA-
 QUE HOSTIUM MECUM DIIS MANI-
 BUS TELLURIQUE DEVOVEO.
 Quibus adjicit, licuisse Consulibus &
 Dictatoribus, cum legiones hostium
 devoverent, non utique se, sed quem
 vellent.

vellent, ex legione Romana scripta ci-
vem devovere.

Horatia virtus.) Sic Manil: lib. 1. de Ho- Horatig.
ratijs trigeminis:

———— & Horatia proles

Tota acies partis ———

i. Romanæ contra trigeminos Curia-
tios in acie Albanorum. Inter Horatios
maximè illustris habetur Horatius Co-
cles. De quo Seneca Epist. 120. Horatius In bello con-
Cocles solus implevit pontis angustias, adimiq; tra Porsenam
à tergo sibi reditum, dummodò iter hosti au- Hetrurie re-
ferretur, jussit: & tamdiu restitit prementi- gem.
bus, donec revulsâ ingenti ruinâ tigna sonue-
runt. Postquam respexit, & extra periculum
esse patriam periculo suo sensit: Veniat si quis
vult, inquit, sic euntem sequi: deditq; se in
præcep: & non minus sollicitus in illo rapido al-
veo fluminis, ut armatus, † quàm ut salvus exi- Ex lege mi-
ret, retento armorum victricium decore, tam litari, ne quis
ratus redijt, quàm si ponte venisset. Hæc & hu- arma abjice-
jusmodi facta, imaginem nobis ostendere Virtu- ret, aut e-
tis. mitteret.

Hic & fama vetus, Curtius.) Ad Curtius.

Y 4 ver.

verbum, καὶ μῦθος παλαιὸς ὁ κέρπει. Nam, interprete Scaligero, *famam veterem seu historiam* vocat Curtium: quòd & incertum tempus ejus historiæ, & incerta ac varia de eo tradebantur: ut ex Varrone cognoscimus libr. 4. de L. L. Jam, *Curtius fama vetus*, Græcismus est, & λέξις ἱστορικὴ ποικίλη: qualis Eclogâ 7.

Corydon certamen. Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum:

Pastor certamen, hoc est, certator. Ita apud Manil. *Pallæ triumphus*, i. triumphatrix:

Seq. in Arachneâ magnum putat esse triumphum.

Sic apud Diogenem Laertium, Thales ἄστυνόμῃα dicitur, hoc est, ἄστυνόμῃ. Vide Notas suprâ. v. 146. Porro vulgatæ editiones versus hunc ita concipiunt:

Hic & fama vetus nunquam moritura Camilli:

Camillus cur omissus? Scaliger tamen maluit priscas editiones sic repræsentari. Quæri autem poterat, cur *Camillum* omiserit Poëta: qui tamen *Conditor Romæ*, & alter *Romulus* dictus fuit: quemadmodum Manilius de eodem:

Et

Et Iove qui meruit cœlum Romanq̄, Camillus
 Servando posuit

Eius enim victoria fuit quasi quæ-
 dam urbis *παλιγενεσία*. Respondet Scaliger,
 Romulum etiam & Numam, qui priores or-
 dine & memoriâ erant, pariter omifisse.

Consumsit gurgēs inundans) Ita Sca- *Mors Curtij.*
 liger è vetustis edit. in queis erat, *gurgēs in-*
undâ. Nam ex ijs varijs opinionibus de
 morte Curtij, sunt & quæ dicant, inun-
 datione, dum ad hostes penetrare vult, &
 paludem trajicere, absorptum. Vide Dio-
 nysium & Varronem lib. 4. de lingua lat.
 in quo triceps historia legitur. item Sca-
 ligeri notas in eundem. Inde *Curtiacus*
 vocatus est locus ille. Dicebant enim
 quidam subito stagnasse locum, & ubi in-
 undam coniecisset se Curtius, postea ex-
 ficcatum gurgitem fuisse: ut annotat
 idem Scaliger. Dicit hic, *medijs in sedibus*
urbis: Nam & L. Calpurnius Piso hunc
 locum palustrem ait, tum in medio foro
 fuisse, antequam cloacæ fierent.

Mucius & , prudens ardorem corpore *C. Mucius.*
 passus) *C. Mucius* adolescens nobilis R. in
 castra Porſenæ regis tunc Romam obſi-
 dentis penetravit, ut Regem jugularet.
 Sed cum regem non noſſet, unum ex pur-

Y s

purâ.

puratis, vel scribam qui adsidebat interfecit, regem ratus. Quod cum persentit, injectam igni dextram ultrò sibi exussit. Cui postea *Scævola* à clade dextræ manûs cognomentum inditum est. Quam historiam luculenter descripsit Livius lib. 2. De hoc facinore Seneca Epist. 66. Ego dubitem, quin magis laudem truncam illam & retorridam manum Mucij, quàm cuiuslibet fortissimi salvam? Stetit hostium flammaramq; contemptor, & manum suam in hostili foculo distillantem perspectavit, donec Porsenna, cuius pœnæ favebat, gloriæ invidiit, & ignem invito eripi jussit, &c.

Idem Epist. 24. Mucius ignibus manum imposuit, pœnas irriti conatus à se exigens. Acerbum est uri: quanto acerbius, si id refacientem patiaris? Spectator distillantem in hostili foculo dexteræ stetit, nec antè removit nudis osibus fluentem manum, quàm ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris feliciter potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula Virtus, quàm crudelitas ad irroganda. Faciliùs Porsenna Mucio ignovit, quòd voluerat occidere; quàm sibi Mucius, quòd non occiderit. Idem, libro de Providentiâ capite tertio.

INFELIX

INFELIX est Mucius, quòd dexterâ ignes
 hostium premit, † & ipse à se exiguit er- † Quasi ma-
 roris sui penas? quòd Regem, quem arma- nu passâ &
 tâ manu non potuit, exusta fugat? Quid er- panda flam-
 gò? felicior esset, si in sinu amicae foveret ma- mam surgen-
 num? tem compri-
 meret.

Prudens) sciens & volens: de indu-
 striâ.

Legitimi cessit cui fracta potentia Re-
 gis) Legitimum Regem vocat Porsenam.
 Scriba enim, qui pro Rege interfectus
 fuit, non erat legitimus Rex, sed † ad.
 Scaliger. De Scævola & Mucio
 Silius lib. 8.

Ducit avis pollens nec DEXTRA indignus avo-
 rum

SCAEVOLA, cui dire celatur laudis honorâ
 Effigie clypeus flagrant altaribus ignes.

Tyribenum valli medio stat Mucius irâ
 In semet versâ, sevitq; in imagine virtus.

Tunc icti specie ruere acri in bella magistro
 Cernitur effugiens ardentem Porsena † dextrâ.

De Porsena & Mucio Scævola Marti-
 alis lib. 1. Epigr. 22. sanè, si ullum aliud
 elegantissimo:

Cum peteret Regem decepta satellite dextra,
 Ingressit * sacris se peritura focus,

De Scævola
 & Mucio.

† Noster Æn.
 3. & Claudi-
 anus hanc vo-
 cem gemina-
 to non scri-
 bunt: Hora-
 tius, Silius,
 Martialis
 contra.

* Ita
 Sed CL. noster

Gruterus è
Pallat. MSS.
vulgò, Inie-
cit, sed scil.
plus est ingo-
rere focus,
quàm injice-
re: immò ali-
ud est.

Man. Curius,

Sed tam seva pius miracula non tulit hostis,

Et raptum flammis jussit abire virum.

Vrere quam potuit contempto Mucius igne,

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Major deceptæ fama est & gloria dextræ.

Si non errasset, fecerat illa minus.

Hic Curius claræ socius virtutis) Hic
etiam Manius Curius sedet, clarissimæ il-
lius Romanæ virtutis consors & parti-
ceps. Valer. Maximus Memorabilium lib. 4.
cap. 3. M. Curius exactissima norma Romanæ
frugalitatis, idemq; fortitudinis perfectissimum
specimen, Samnitium legatis agresti se in scamno
adsidentem solo, atq; ligneo catillo cœnantem
(quales epulas apparatus indicio est) spectan-
dum præbuit. Ille enim Samnitium divitias con-
tempnit. Samnites eius paupertatem mirati
sunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus
publicè missum attulissent, benignis verbis invita-
tatus, ut eo uti vellet; vultum risu solvit; proti-
nusq; Supervacua, inquit, ne dicã ineptæ legati-
onis ministri, narrate Samnitibus, M' Curium
malle locupletibus imperare, quàm ipsum fieri
locupletem, &c. Idem in Concione devicto
Pyrrho dixit: Tantum agrorum cepi, ut soli-
tudo fuerit futura, nisi tantum hominum
cepissem: tantum hominum porro cepi, ut
fame

P.
...essent p
Meminit
& Cicero
...sophist
...anim
...alle esse
...alle se
...um in
...genus:
...videm
...mors est
...navo il
...Plato
...T&T
...Lw
...Quisqu
...are am
...re apud
...Faminiu
...Con
...& ut
...ob ocul
...nibale, &
...Acupat
...nomin
...nam Fla
...& quo

fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Meminit huius & Livius, & Plutarchus, & Cicero in Cat. maiore, & Athenæus di-
 pnosophista lib. 10. Seneca lib. de Tran-
 quill. animi, cap. 3. hunc Curium dixisse
 ait, *Malle esse se mortuum, quàm vivere.* * hoc
 est, malle se verè esse mortuum, quàm
 mortuum inter vivos agere. Lucretius in
 hoc genus: *Mortua cui vita est prope jam vi-
 vo atq; videnti.* Seneca alibi: *Otium sine lit-
 teris mors est, & vivi hominis sepultura.* Et
 de ignavo illo: *VATIAS HIC SITUS EST.*
 Quid Plato? *ὅστις τῆ ψυχῆ μὴ Πρίσταται*
ζῆσθαι, τὸ τὸ ἀγειν ἢ συχίαν τῆ ψυχῆ
καὶ μὴ ζῆσθαι κρείττον, ἢ ζῆσθαι πρᾶττον καθ
αὐτῶν: Quisquis animâ & vitâ uti nescit, huic
quiescere animam, nec ultrâ vivere melius, quàm
sic vivere apud sese.

* Repeten-
 dum com-
 mune verb.
 mortuum.
 Seneca: ulti-
 mum malo-
 rum est ex
 vivorū nu-
 mero exire
 antequam
 moriaris.
 Otiosus aut
 ignavus, vi-
 vens mortu-
 us est.

Flaminius, devota dedit qui corpora *Flaminius*
 flamæ) Conjecit enim se tanquam in fla-
 mam, & ut Cicero loquitur, *tanquam in*
pestem ob oculos positam: cum conflixit cum
 Hannibale, & equo devolutus interfectus
 est. Aucupatur autem argutiam ex illu-
 sione nominis, *Flaminius, flamæ*: Scaliger.
 Pugnam Flaminiij consulis cum Hanni-
 bale, & quo pacto lanceâ Ducarij Insubri
 trans-

transfixus sit, graphicè describit Livius lib. 22. statim sub initium.

Scipiones.

Scipiadaeq, Duces) *Scipiade*, pro *Scipionide* à Scipionibus. Addunt enim aut demunt Poetæ syllabas, quò dictiones contumaces in numeros cogant. Noster 2. Georg.

Scipiadas duros bello —

Idem 6. Æneid.

— *geminos, duo fulmina belli,*

Scipiadas cladem Libya —

Lucretius lib. 3..

Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,

Off. dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.

Cicero: *Cum duo fulmina nostri Imperij Scipiones extincti occidissent.*

Scipiones in Africâ semper. victores.

Quos rapidos mœnia Carthaginis devota triumphis horrent) Nam Scipio major Carthaginem tributariam fecit; minor evertit. Et Scipiones in Africâ semper vincere vaticinio quodam fatale creditum. Res eorum gestas Inculentissimè narrant, Livius, Plutarchus, & passim Plinius, tum peculiari capite, *De viris illustrib.*

Devota triumphis Mœnia) quasi fataliter destinata, ut triumpharentur à Romanis.

Rapidos) quippe qui *fulmina Imperij*. ut Cicero appellat. Car-

Carthaginis) *Carthago* urbs Africae *Carthago*
 totius potentissima, Romaniq; imperij
 diu æmula: à Didone condita, sorore
 Pygmalionis, qui Rex Tyrriorum ab *Hi-*
ram sive Iromo, qui *Salomoni* ad templum
 Domini cedros suppeditavit, decimus:
 ita ut ab obitu illius *Iromi* ad conditum
 Carthaginis anni 103. fuerint. Eademq;
 bello Punico tertio tandem à Scipione
 Æmiliano deleta est, anno ab urbe R.
 condita 606. postquam stetit annos
 737. auctore Solino. Præterea interval-
 lum à Trojæ excidio ad conditum
 Carthaginis, anni sunt 299. Tot annis
 igitur Æneas Didonem antecessit. Un-
 de patet, quæ noster in *Opere divino* de
 amore Didonis & Æneæ scripsit, fide
 non historica, sed Poëtica scripsisse.
 Dicta autem *Carthago* est & *Karthada* &
Chaedreanech: quod est *Hadreanech*. Erat
 enim Punica lingua tunc pœnè Hebra-
 ica. Ita Didonis nomen verum
 אֵלִישָׁה *Elissa* fuit, דִּידוֹ *Dido* est
 ἡ τροφισμὸν nutricum, cuius ma-
 sculinum est דָּוִד *David*. AT QUE
 hucusq; catalogus Heroum. Cui si-
 millimum & tantum non geminum,
 Manilius texit libro 1. versibus planè
 exle-

Æneas Di-
donem vide-
re, nisi in
somnis, non
potuit.

דָּוִד dile-
 ctus, amor,
 dilectio,
 amicus; et-
 iam patru-
 us. Inde quis
 suspicetur

Francorum
esse Dod/
quem nostri
Bad indi-
gitant.

Causas ibi
inquirit cur
Lacteus cir-
culus in celo
sic dicatur.

caelestibus, & dignis tali Poëtâ, & Scali-
gero, qui eos sic restituit.

An fortes ANIMAE, dignataque nomina
calo.

Corporibus resoluta suis, terraque remissa
Huc migrant ex orbe, suumque habitantia ca-
lum

Aethereos vivunt annos, mundoque fruun-
tur?

Atque hic Aëacidas, hic & veneramus Atri-
das,

Tydidemque serum, terraque marisque trium-
phis

Naturæ victorem Ithacum, Pyliumque senectâ
Insignem triplici, Danaûmque ad Pergamare-
ges,

Auroræque nigrum partum, stirpemque Tonan-
tis

Alexand. M. Rectorem Lyciæ. nec te, Mavortia virgo,
Pellæ natus, Præteream, regesque alios, quos Græcia misit,
Alibi: - Stri- Atque Asia gentes, & Magno maxima Pella;
ctos nec Quique animi vires, & strictas pondere mentes
crede Ca- Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis
tonas, idio Censu erat, justusque Solon, sortisque Lycur-
τος, & gus,

qui non sunt
αγιων κοιο

Aethere-

3. Fabricam
Socratus Pla-
tonem dicit :
ut Albino-va-
nus opus
Caesaris
Brutum a
Caesare infor-
matum.

4. Imò Xerxes
a patre vi-
tam infedit.
5. Et Reges om-
nes Rom.
minus Tar-
quinio: i. ex-
cepto uno
Tarq.

6. Scil. sue, i.
Romane ut
Curatij tri-
gemini fue-
runt tota aci-
es Albano-
rum.

Et herensque Platon, & qui fabricaverat 3. il-
lum,

Damnatusque suas melius damnavit Athenas:
Persidis 4. & victor, strarat qui classibus a-
quor:

Romanique viri, quorum jam maxima turba
est:

Tarquiniog₃ minus, 5. Reges; & Horatia pro-
les;

Tota acies 6. partis: nec non & Scævola trunco
Nobilior, majorque viris & Clælia 7. virgo,

Et Romana 8. ferens quæ texit mania Cocles.

Et commilitio volucris Corvinus adeptus

Et spolia & nomen, qui gestat in alite 9. Phæbum:

Et Iove qui meruit 10. calum, Romamq₃ Camil-
lus

Servando posuit: Brutusque à rege receptæ

Conditor: & Pyrrhi per bella Papirius ultor;

Fabricius, Curiusque pares, & tertia 11. palma

7. CLOELIA, virgo nobilis R. quæ cum aliis virginibus Porsene He-
truscorum regi obses data, deceptis custodibus, incolumis ad suos per Ti-
brim tranavit. Quamobrem Romani novam in semina virtutem novo
honoris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in ianua Sacre
via posuerunt. Livius lib. 1. & 2.

8. Ad statuas Cocleis allusum, quæ cum coronâ civicâ formebantur.
Coronæ autem civicæ murorum specie erant.

9. Nam tria hæc in Phæbi tutelâ, Corvus, Cygnus, Delpbinus.

10. Afferuit Iovem hoc est, Capitolium à Gallis. Et rectè conditorem
Romæ Camillum vocat qui alter Romulus vulgò dictus. Ejus autem
victoria fuit quasi quedam Urbis pædificatio.

11. Propter tertia Opima.

Z

Marcel.

Marcellus : Cossusque prior de rege necato:
 Certantesque Decl votis, similesque triumphis
 Invictusque morâ Fabius, victorque necati
 Livius Hasdrubalis socio per bella Nerone:
 Scipiadaque Duces, fatum Carthaginis unum:
 Pompejusque orbis domitor, per tresque trium-
 phos

(12.) Deum
 Cesarē. Hi-
 storij Grecois
 Καίσαρ ὁ Ἰε-
 ρε. Pompejus
 igitur ante
 Cesarem erat
 princeps Rei-
 pub. ut post
 eum Cesar,

qui θεός.
 (13.) Suspectū
 hoc Scalige-
 ro; itaq; mā-
 li. Martis-
 que sub ar-
 mis Miles
 Agrippa
 f. i.

Ante Deum (12.) princeps : & sensu Tullius or-
 tis

Emeritus calum: & Claudimagna propago:
 AEmiliaeque domūs proceres, clarique Metelli:
 Et Cato Fortuna victor: matrisque (13.) sub ar-
 mis

Miles Agrippa suae: Venerisque ab origine pro-
 les

Iulia descendit caelo, caelumque replevit,
 Quod regit Augustus socio per signa Tonante,
 Cernit & in coetu divum, magnumque Quiri-
 num.

Altius (14.) et herci quâ candet circulus orbis,
 Illa deūm sedes: haec illis proxima, divūm
 Qui virtute suâ similes 15. vestigia tangunt.

Ditis

(14.) Altius, quam patet Galaxias, est sedes deorum: secundum illam
 Galaxias est sedes Heroum. Subaudiendum enim & QUAM. Altius
 quam quâ patet Galaxias. nimirum caelum.

(15.) Similes divis, ἀντίθεοι, ἡρώεσσι. Vestigia divūm, i. caelum.
 Catullus: Ac quanquam me nocte premunt vestigia di-
 vūm.

Ditis opacos Cogor adire lacus.) Hunc locum ita describit Seneca Medea:

Vos precor vulgus silentum, vosq; serales deos,

Et chaos cecum, atq; opacam Ditis umbrosi domum,

Tartari ripis ligatos squalida Mortis specus
Et.

In Oedipo ita:

Subito dehiscit terra, & immenso sinu

Laxata patuit. ipse pallentes deos

Vidi inter umbras; ipse torpentes lacus,

Noctemque veram

Opacos lacus.) In Hippolyto vocat torpentes lacus:

Pallidi fauces Averni, vosque Tenarei specus,

unde miseris grata Lethes, vosq; torpentes lacus.

Gratius:

Vulcano condita domus, quam subter eunti

Stagna sedent venis, oleoque madentis vivo.

Oleum vivum vocat genus bituminis liquidi.

lacus viduos a lumine Phæbi.) In Sophocli Manilius lib. 2.

Z 2

tenebris

— *Tenebris immersum Tartaron atrum.*
Inferos Seneca in Hercule Fur. appel-
lat fundum mundi: & maestum rerum finem, &
Mundi ultimum.

Viduos à lumine.) Eodem modo lo-
 cutus & Horatius lib. 1. odâ 10.

Apollo viduus pharêrâ. & lib. 2. odâ 9.
Et folijs viduantur orni.

Stadius 10. Theb. *Vidua moderantibus alni;*
 id est, naves spoliatae suis inagistris. No-
 ster 4. Georg.

Arvaque Ripheis nunquam viduata prui-
nis.

Et 8. Æneid.

— *multis viduasset civibus urbem.*

Phlegethon. Phlegethonta.) De hoc fluvio ita Seneca
 Hippolyto:

Graviora vidi, quæ pati clusos jubet

PHLEGETHON, *nocentes igneo cingens va-*
do.

Cognita discernit scelerata piacula se-
 de.) Discernit, inquit, Minos piacula & re-
 os sedibus. hoc est, pro ratione criminum
 eis suas sedes adsignat: ut etiam legimus
 6. Æneidos. Sed de hoc Inferorum judi-
 cio diximus jam suprâ, ad vers. 270. SED
 videor tandem operæ pretium facere, si,
 quæ de

quæ de Inferis Seneca in Hercule Fur. a
nimo & Itilo verè tragico disputat, se-
mel & ordine omnia, aut certè pleraque,
coronidis loco, huc artexam. Ea autem
sunt hujusmodi:

SPARTANA tellus nobile attollit ju-
gum, INFERO-
RVM pictu-
ra.

Densis ubi æquor Tenarus silvis premit:
Hic ora solvit ditis invicti domus,
Hiatq; rupes alta, & immenso specu
Ingens vorago faucibus vastis patet,
Latumque pandit omnibus populis iter,
Non cæca tenebris incipit primò via:
Tenuis relicta lucis à tergo nitor,
Fulgorque dubius solis afflicti cadit.
Et ludit aciem. tale non dubiè solet
Præbere lumen primus, aut serus dies.
Hinc ampla vacuis spatia † laxantur locis;
In quæ omne mersum pereat humanum genus.
Nec ire labor est. ipsa deducit via: *
Ut sæpe puppes æstus invitas rapit,
Sic pronus aër urget, atque avidum chaos,
Gradumque retrò flectere haud unquam sinant
Umbrae tenaces. intus immenso sinu
Placido quietæ labitur Lethe vado,
Demitque curas: neve remeandi amplius
Pateat facultas flexibus multis gravem
Involvitur amnem: qualis incertæ vagus

† Securus E-
picurum qui
suum Ε κείον
semper nun-
cupabat χό-
εγ vel διά-
συνα Lu-
cret. Tum
verò LO-
CVS ac
SPACI-
VM, quod
inane voca-
mus.

* Æneid. 6.-
Facilis de-
scensus A-
verni. Sed
revocare
gradum &c.
Hoc opus,
hic labor

Ma- est.

Meander undâ ludit, & cedit sibi,
 Instatque; dubius, littus an fontem petat.
 Palus inertis sœda Cocyti jacet;
 Hic vultur, illuc luctifer bubo gemit,
 Omenquè triste resonat infœstæ strigis.
 Horrent opacâ fronde nigrantes coma,
 Taxo imminente; quam tenet segnis Sopor.
 Famesquè mœsta tabido rictu jacens:
 Pudorque serus conscios vultûs tegit:
 Metus, Pavorque, Funus, & frendens Dolor,
 Aterque Luctus sequitur, & Morbus tre-
 mens,

Et cincta ferro Bella: in extremo abdita
 Iners Senectus adjuvat baculo gradum.

AM. Estne aliqua tellus Cereris, aut Bacchi fe-
 rax?

T H. Non prœta viridi latâ facie germi-
 nant;

Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges:
 Non ulla ramos silva pomiferos habet:
 Sterilis profundi vastitas squallet soli,
 Et sœda tellus torpet æterno situ;
 Rerumque mœstus finis & mundi ultima:
 Immotus aër hæret; & pigro sedet
 Nox atra mundo. cuncta merore horrida,
 Ipsâque Morte pejor est Mortis locus.

AM. Quid, ille opaca qui regit sceptro loca,

Quâ

Quâ sede positus temperat populos † leves?

TH. Est in recessu Tartari obscuro locus,

Quem gravibus umbris spissa caligo alligat.

A fonte discors manat hinc imo latex:

Alter, quieto similis, (hunc jurant Dei.)

Tacente † sacram devehens fluvio Stryga:

At hic tumultu rapitur ingenti ferox,

Et saxa fluctu voluit Acheron † invius

Renavigari, cingitur duplici vado

Adversa Ditis regia, atque ingens domus

Umbrantè luco tegitur: hinc vasto specu

Pendent tyranni limina: hoc umbris iter;

Hec porta regni, campus hanc circa jacet,

In quo superbo digerit vultu sedens

Animas recentes, dira majestas Deo,

„Frons torva; fratrum quæ tamen speciem ge-
rat,

„Gentisque tante vultus est illi Iovis,

Sed Fulminantis, magna pars regni trucidis

Est ipse dominus; cuius aspectum timet,

„Quicquid timetur. AM. Verane est fama, inferis

„Tam sera reddi jura, & oblitos sui

„Sceleris nocentes debitas pœnas dare?

Quis iste veri rector, atque æqui arbiter?

THE. Non unus altâ sede quesitor sedens,

„Iudicia trepidis sera sortitur reis.

Auditur illo Cnosus Minos foro;

Rhadamantus illo; Theridis hoc audit † socer.

† Eacus:

Z 4

3: Quod

† Manes,
quos alibi
leves deos
vocat.

Leichtfer-
tig Esind-
lein.

† Unde Orcus,
silentium
domus: &
inferorum e-
pule, fili-
cernium.

† Silius:-
Acheron sa-
nie crassoq;
veneno æ-
stuat, & geli-
dam eruptione
cum murmu-
re arenam De-
scendit nigra
lenius per
stagna palu-
de.

*. exēplo suo
nocens plecti-
tur.

† ei modera-
tur: non in-
dulget.

* Ita Grut.
interpungit.

* Agave, Ino,
Autonoë. &
cetera, quod
Penibeam
dilatantur.

Quod quisque fecit patitur: auctorem scelus
 * Repetit, suoque premitur exemplo nocens.
 Vidi cruentos carcere includi duces.
 Et impotentis terga plebejā manu
 Scindi tyranni, quisquis est placidè potens,
 Dominusque vitæ, servat innocuas manus,
 Et incruentum mitis imperium regit,
 Animæque + parcit; longa permensus diu
 Felicis ævi spatia, vel cælum petit,
 Vel læta felix nemoris Elysijs loca.
 Iudex futurus. * Sanguine humano abstine.
 Quicumque regnas. Scelera taxantur modo
 Majore nostra. AM. Certus inclusos tenet
 Locus nocentes; utque fert fama impios
 Supplicia vinclis seva perpetuis domant?
 THE. Rapitur volucris tortus Ixion rotā,
 Cervice saxum grande Sisyphiā sedet.
 In amne medio faucibus hiccis senex
 Sectatur undas: abluit mentum latex,
 Fidemquē cum jam sæpè decepto dedit,
 Perit unda: in ore poma destituunt famem.
 Præbet volucris Iityus æternas dapes:
 Urnasq; frustra Danaides plenas ferunt.
 Errant furentes impia * Cadmeides;
 Terretq; mensas avida Phineas avis.
 AM. Nunc ede nati nobilem pugnam mei,
 Patruī volentis munus, an spoliū referi?
 THE. Ferale tardis imminet saxum vadis,
 Stupente

Stupente ubi unda seque torpescit fretum:

Hunc servat amnem cula & aspectu horridus,

Pavidosq; manes squallidus * gestat senex;

Impexa pendet barba, deformem sinum

Nodus coerquet, concava lucent gena,

Regit ipse conto portitor longo ratem.

Hic onere vacuam littori puppim applicans

Repetebat * undas. poscit Alcides viam

Cedente turbâ. dirus exclamat Charon;

Quò pergis, audax? siste properantem gradum.

Non passus ullas natus Alcmenâ moras,

Ipsa coactum navitam conto domat,

Scanditq; puppem. cymba populorum capax,

Succubui uni: sedit: & gravior ratis

Vtring; Leihen latere titubantia bibit.

Post hæc avari Ditis apparet domus:

Hic sevus umbras territat Stygius canis,

Qui terna vasto capita concutiens sono

Regnum tuetur: sordidum tabo caput

Lambunt colubri: viperis horrent iuba:

Longusq; tortâ sibilat caudâ draco.

Par ira formæ. sensit ut motûs pedum.

Attollit hirtas angue vibrato comas,

Missumq; captat aure * subjectâ sonum,

Sentire & umbras solitus. ut propior stetit

Iove natus, antro sedit incertus canis,

Et uterq; timuit. ecce latratu gravi

Loca muta terret, sibilat totos minax

* Ita enneas
MSS. Pat-
lat. Grut.

* Lips. leg.
umb. as. se.
evacuata
cymba
novum onus
repetit.

* Canes
enim sonum
ex intervallo
venantes, so-
lent aures &
oculos sub-
mittere. Et

Z 5

Serpens videtur co-

Serpens per armos : vocis horrende fragor
 Per ora missus terna felices quoq;
 Exterret umbras. solvit à levâ serox
 Tunc ipse victus, & Cleonæum caput
 Opponit, ac se tegmine ingenti * clepit :
 Victrice magnum dexterâ robur gerens,
 Huc nunc & illuc verberere assiduo rotat,
 Ingeminat ictus. domitus infregit minas.
 Et cuncta lassus capita submitit canis,
 Antroq; toto cessit. extimuit sedens
 Vterq; solio Dominus ; & duci jubet.
 Me quoq; petenti munus Alcideæ dedit.
 Tunc gravia monstri colla permulcens manus
 Adamante texto vincit. oblitus sui
 Custos opaci pervigil regni canis
 Componit aures iimidus, & patiens trahi,
 Herumq; fassus, ore submisso obsequens
 Vtrumq; caudâ pulsat anguiferâ latus.
 Postquam est ad oras Tanari ventum, & nitor,
 Percussit oculos lucis ignotæ, bonos
 Resumit animos victus, & vastas furens
 Quassat catenas : penè victorem abstulit,
 Pronumq; retrò vexit, & movit gradu.
 Tunc & meas respexit Alcides manus :
 Geminis uterq; viribus tractum canem
 Irâ furentem, & bella tentantem irrita,
 Intulimus orbi. vidit ut clarum æthera,
 Et pura nitidi spatia conspexit poli.

Oberca

* Clepit, i.
 subducit, te-
 git. Ita fura
 ri usus est
 in Agam:
 Germane,
 vultus ve-
 ste furabor
 tuos.

Oborta
 Compre
 Aciemq;
 Cervice
 Abscondi
 Clamore
 Magniq;
 Ergo
 ere viræ
 vira, ex
 las. Na
 portis ge
 Poenæ
 unides A
 rtoribu
 rcho, ali
 Sed tole
 tore Scal
 mella lib,
 no savitia p
 nit, quas ille
 tolerabile
 rables, sur
 etabilis Afr
 vidisset fe

Oborta nox est, lumina in terram dedit,
 Compresit oculos, & diem invisum expulit,
 Aciemq; retrò flexit, atq; omni petijt
 Cervice terram: tum sub Herculeâ caput
 Abscondit umbrâ. Densa sed leto venit
 Clamore turba, frontibus laurum gerens,
 Magniq; meritas Herculis laudes canit.

Ergo quam causam mortis, quam di-
 cere vitæ) Quam causam mortis, quam
 vitæ, ex Dialogis *σεξ γάρ* Luciani cogno-
 sces. Nam ibi Charon & de vitæ, & de
 mortis genere interrogat.

Pœnæ) *Ultrices Dea sceleris, Senecæ. En- Pœnæ.*
menides Atheniensibus dictæ *στυγνὴ θεὰ,*
 auctoribus Sophocle, Aristophane, Plu-
 tarcho, alijs. De Pœnis diximus v. 217.

Sed tolerabilibus curis) *Tolerabilis, au- Tolerabilis,*
 ctore Scaligero, hic est *αὐξίνα*. Colu- *pro. tolerans.*
 mella lib. 7. Quoniam sæpè frigorum atq; hie-
 mis sævitia pastorem decipit, & eas oves interi-
 mit, quas ille tempore Auctumni ratus adhuc es-
 se tolerabiles, non submoverat. Nam ibi to-
 lerabiles, sunt tolerantes hiemis. Ita Into-
 lerabilis Afranio, Privigno:

— quod si fecissem paullo sæpius,
 Didicisset ferre, & non esse intolerabilis.

ca

ἐν αὐτῷ δὲ σκοτεινῷ. Locus ille in Heav-
 contimoramento parum vulgo intelli-
 tur:

Terentij lo-
 cus illustra-
 tur. act. 1. Sc.
 2.

nam parentum injuria
Vniusmodi sunt ferme. paulò qui est homo tole-
rabilis,
Scortari crebrò nolunt.

Nam etiam, inquit, si quis inter patres
 patientissimus, & filiorum ingenijs æ-
 quissimus est, tamen crebrò illos scorta-
 ri nolit, &c. Hic ergò, *tolerabilibus curis au-*
dis, est Græcorum ἀνεξιμάκως ἔχεις τῶν
ταῦτα. Dictum autem ad exem-
 plum Græcorum. Nam Homerus eā-
 dem mente dixit τλητὸν θυ-
 μὸν. Sic μενετὸς θεός, pro ἀνεξιμάκως,
 Aristophanes dixit. Cùm tamen
 μενετὸς & *tolerabilis, & τλητὸς,* patien-
 di notionem habeant, non agendi. Non
 absimili formâ Nævius Alcestide, *intole-*
rantibus curis dixit. *Hæc Scaliger.*

Somnia) ita vetus editio. Nam quæ-
 cunque Culex Pastori dicit, dormienti &
 in somnis dicit.

Distantia limine certo) i. fixo & im-
 mutabili. Inde enim nunquam exitus
 amplius, Horatius lib. 4. odâ 7.

Cùm

Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria:

Non, Torquate, genus, non te sacundia, non te
Restituet pietas.

Elysiam ad undam) Elysium; ἠλύσιος, Po- Elysium.
ērarum paradifus. Anchifes, Æneid. 5. ita
describit filio:

———— Ditis tamen antè
Infernas accede domos, & Averna per alta
Congressus pete, nate meos. non me impia namq;
Tartara habent, tristesq; umbra: sed amœna pi-
orum

Concilia, Elysiumq; colo ———
Elysium, secundum Poëtas, in medio
inferorum est suis felicitatibus, ut Servius
loquitur, plenum:

———— Solemq; suum sua sidera nôrunt,
ut idem noster 6. Æneid. Statius Epice-
dio in Patrem:

Et monstrate nemus, quò nulla irrupit Erin-
nys:

In quo falsa dies, calog; simillimus aer.

Atq; ad Elysium non nisi purgati per-
veniunt. unde est:

———— & pauci leta arva tenemus.
Hinc fit ut quæratur, An anima de Elysio
in corpora possint redire. Et deprehensum
est, auctore Servio, non redire: quia
per

Insule fortunatae.

per purgationem carent cupiditate. *Elysium*, eodem auctore, secundum Philosophos, est *Insule fortunatae*: quas ait Sallustius inclitas esse Homeri carminibus: quarum descriptionem Pius Commentator dicit esse sublatam. *Hæc Servius*. Istant insulas elegantissimi ingenij hybrida *Muretus* elegantissimè pinxit libr. 5, Var. cap. 1.

Digredior nunquam rediturus) Ridiculè. Quasi verò, si iste Culex non rediret, parum sit Culicum, qui morbo molestiaq; sint

pecori pecorisq; magistris.

Vulgò Imperativo, Mandativo, Diomed.

Tu cole fontes) utitur modo quidem *Permissivo sive Hypothetico*, ut Grammatici nuncupant: sed vero animi sui sensu hanc securitatem Pastori exprobrat.

Cum voce recessit) in ipso verbo: simul atque hæc dixit.

Sollicitare.

Sollicitum) *Sollicitare* auctore Festo, est citare è solo, i. ex suo loco. Vel: *sollicitare* est solum, i. *μῆλον*, citare, id est, crebrò exercere, multum ciere. Vide Origines *Bermanni* nostri.

Inertia

Inertia) Festus: *Iners, ignavus; vel sine arte.* *Ineris*

Lucilius: *Vt perhibetur iners, ars in quo non erit ulla.*

Ab eo *inertia & inertitudo* formantur veteres, quam *ἀδρῆαν* vertunt Græci, hoc est, *ignaviam*: ut *inertem*, *ἀδρῆαν*.

Auctore Scaligero Patre, *Ars* primam suam originem robur ac fortitudinem designavit.

Græca enim omnia *ἀρῆς, ἀρετῆ, ἐνἀρετῆ*. Indè *Quinquertio*, quasi quinque artium & certaminum victor ac magister; Græcis *πένταθλον*; nam *Pancratium* quinque illis; nempe *cestu, pugnâ, luctâ, pugillatu & cursu* constabat. Sic *Virtus* à viribus apud maiores nostros, pro militari fortitudine tantum seu robore corporis accipiebatur. Glossarium vetus: *Virtus, ἀρετῆ, ἀνδρεία, ἰσχύς, δυνάμις.*

Ennius:

Melius est Virtute Ius. nam sepe Virtutem mali

Nanciscuntur. Ius atq; æquum se à malis spernit procul.

Quædam huius generis notavit etiã ad *Guntherum suum C. Rittershusius* Ictus: quo

homi-

Ars.

Inde, credo, artitos suos virgatores Plautus format.

Quinquertio.

Pancratium.

Virtus à viribus.

C. Rittershusius.

homine doctiorem simul & probiorem
Sol noster nondum vidit.

Ægere:

Interius graviter mentem æget.)
Es bekümmert ihn von grund seines Her-
zens. Ita Scaliger restituit e vulgata,
quæ habet, *ager*. Lucret. lib. 3.

*Præter enim quàm quòd morbis tum corporis
æget:*

Senere.

Æger,

Ægrotus.

ut, *senet, flaccet, &c.* Et propriè, *æget*. *Æger*
enim & animo & corpore laborat; *agro-*
tus tantùm corpore. Ita *ægrotatio* & *ægi-*
tudo, illa propriè in corpore, hæc in animo
nomen habet, auctore Tullio 4. Tuscul.
Tamen & Terent. Heaut. *animum agro-*
tum dixit. Cæterùm & lectionem
Manuscripti Codicis revocari posse, cen-
set Scaliger;

Interius graviter rege mentem: —

Hostis, unde.

Hostimentū.

Hostem) scil. serpentem : supra v.
195. *Hostire* veteres pro æquare posue-
runt, & *hostimentum* illis erat æquamen-
tum, *ὄψις ἰσῆκωσις*. Undè *Hostes* dicti,
qui ex æquâ causâ pugnam ineunt : ut
olim monuimus ad Plautum. Apud an-
tiquissimos *Hostis* dicebatur, qui nunc *pe-*
grinus; Varrone & Cicerone auctori-
bus. Ita utitur Plautus Rud. act. 2: 4.

CUT

Cur tu aquam gravare, amabò, quàm ho-
stis hosti commodat? Idem Trinumo act. 1.
Scen. 2. ubi turpilucricupidum & vulturi-
um castigat:

Hoste sine ancives comedas parvipendere:

Et hoc origo etiam vocis innuit: est enim ab *ōns*, quicunq; obvius peregrinus &c. Servius non ille interpolatus, & Pseudoservius, sed quem bibliotheca P. Danielis nuper Parisiis dedit, notat: *Per-
sas, qui erant Græcorum hostes, ξείνος à Lacedæ-
moniis appellatos refert Herodotus in Vraniâ.
Inde Hostes, inquit, pro hospitibus dixerunt.
nam inimici perduelles dicebantur.* 4. *Ænei-
dos.* Laudat hæc & Scaliger, ad Fest.

Servius.
P. Danielis.

Conformare locū capit impiger. Ita Sca-
liger. Capit conformare locū. Ita supra locutus
est: & in fessos requiē dare comparat artūs. Nā
ibi eodem modo, comparat dare, ut hic, ca-
pit conformare. Est autem capere verbum
Augurum, cūm locum eligebant ad ef-
fandos fines templorum. Sic captus augur,
captus iudex, captus arbiter. Vide Notas ad
Plauti Menæchmum act. 1. Scenā 2. Fe-
stus: *Minora templa sunt ab auguribus, cum*

Capere,
verb. Au-
gurum.

A a loca

loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Servius P. Danielis, Æneide quarta: Alij templum dicunt, non solum quod potest claudi, verum etiam quod palis aut hastis sustentatum, aut aliqua tali re & lineis aut loris, & simili re septum est: quod ec fatum est. Amplius uno exitu in eo esse non oportet; cum ibi sit cubiturus auspicans.

Hunc & in orbem destinat.) Locum sepulturæ destinatione animi rotundum esse cupit, uti paullo post dicit:

———— atq; aggere multo

Telluris tumulus formatum crevit in orbem.

Jam memor, &c.) Ordo talis est: Jam memor cura peragens in captum sibi laborem cumulavit opus congestum.

Telluris tumulus) J. Douza putabat, legend. *cumulus* Servius ad illud Æneid 3.

Fortè fuit juxta tumulus

Tumulus dicendo, uno sermone & collem & sepulchrum fuisse significat. Potest enim *Tumulus* & sine sepulchro interpretatione collis interdum accipi. Nam & terra congestio super ossa, *tumulus* dicitur. Sanè apparatus mortuorum *funus* dici solet, exstructio ligno-

Tumulus.

Funus.

ignotum
ris crem
structio
numeri
C
marmo
ra sem
dem ha
us Ner
mento
frati L
Thaso.
scilla:
Hic te
Eximius
Ardore
Composu
Carpere.
Succatam
Sepit op
L. XX
pib. tu
id esse di
di eius l
se. Ita
te trig

*lignorum rogas, subjectio ignis pira, cadave-
ris crematio bustum, locus ustrina, operis ex-
structio: sepulchrum, nomen inscriptum mo-
numentum.*

Rogas.

Pira.

Bustum.

Ustrina.

Sepulchrum.

Monumentum.

Sepulchra se-

piebantur.

Quem circum lapidem lævi de marmore formans conserit) Monumenta semper sepiebant veteres; & quidem honestiores marmore. Suetonius Nerone Claudio, cap. 50. In eo momento solium Porphiretici marmoris, superstrati Lunensi arâ, circumseptum est lapide Thasio. Statius lib. 5. Silvarum, de Priscilla:

*Hic * te Sidonio velatum molliter ostro
Eximius conjux (nec enim fumantia busta
Ardoremq; rogi potuit perferre) beato
Composuit, Priscilla, toro. nil longior et as
Carpere, nil ævi poterunt vitiare labores
Siccata membris. tantas venerabile mar-*

* Abascenti-

us maritus.

Uxorem
vivam ama-
re, volu-
ptas est;
defunctam,
religio.

mor

Sepie opes.

Oculos hac habuit Macer JCtus L. XXXVII. D. de religion. & sumptib. funebr. Muminentum autem sepulchri id esse divus Adrianus rescripsit, quod munien- di eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Iterum Suetonius Nerone, capite trigesimo tertio. Bustum consepiri,

Macer IC.

explicatur.

nisi

nisi humili leviq³ materiâ neglexit. Observavit hæc Ioh. Bernartius IC. Cæterum Scaliger putabat hic legendum:

*Quem circum lapidum levi de marmore formas
Conferit* —

Musivum o-
pus. Ut formas lapidum intellexerit crustas marmorum: quas aliter ἐμβλήματα, à conferendo dicunt. Credo speciem aut imaginem quandam musivarij operis aut vermiculationis indicari: de quâ Lucilius:

Pavimento-
rum luxus. Quàm lepida lexes compositæ, ut tesserula omnes Arte pavimenti atq³ emblemate vermiculatæ!

Tessellarius. Pavimenta enim (ut hoc obiter dicam.) scetilibus scutulibus aut tessellis structa, & ad regulam exactè perfricata vocantur. *Musiva: Gr. Ψηφοδιτητὰ & Ψηφοβοαία. Ψηφοβο-
της, tessellarius, tessellator Ψηφολογία tessellatus,
pavimentū. Ψηφολογῶ, tessello. De quâ re totâ
ambitiosissimè Scaliger in Sphæram Bar-
baricam Manilii.*

Acanthus. hic & acanthus.) ἀκανθῶς, & scemininâ terminatione ἀκανθῆς, sicut κόγχη κόγχῃ: τασαχή, τασαχῆ. Plin. lib. 22. c. 22. Acanthus, topiaria & urbana herba est, elato longoq³ folio

lio, cre
vinora
lib.
654.
Poet
fuisse
Hoc
ribu
bus,
basil
Sed
phra

eur
15.

San
Ind

pur
Tun

Por

ad
m

lio, crepidines marginum adsurgentiumq; pul-
vinorum toros vestiens. Vide eundem &
lib. 24. cap. 12. ex quo loco nos versum
654. Aeneid. 1. olim explicavimus. ubi
Poëta innuit, *Cycladem Helenæ* ornatam
fuisse ad imaginem flexuosi acanthi.
Hoc enim virgultum sive herba, à picto-
ribus, textoribus, tornatoribus, sculpto-
ribus, architectis etiam in columnarum
basibus & epistiliis passim simulabatur.
Sed vide mihi, præter cæteros, Theo-
phrastum, & Antonium Musam Italum.

Et rosa purpureo crescit rubi-
eunda colore.) Ita Horatius lib. 3. odâ

15.

Nec flos purpureus ROSAE.

Claudianus lib. 2. de raptu Proserp.

Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro

Induit ———

Elegantissimè Columella lib. 10.
purpureum colorem in rosa pinxit:

Tum, quæ pallet bumi, quæ frondens purpurat
auro,

Ponatur viola, & nimium ROSA plena pudoris.

Notat Iac. Dalechampius lib. 15.
ad Athenæum, Lugdunenses flores o-
mnes Rosas vocare. Nicander lib. 2.

A a 3

Geor-

Rose centi-
folia.

Luxus in
Rosis.

pag. mibi 148

Georgicorum apud Athenæum libr. 15. ubi florum coronariorum historiam texit, Rosas inveniri ait *sexagenis solijs insignes*: immò circa Philippos & Pangæum montem fuisse etiam *centifolias*, auctor est Theophrastus lib. 6. Observavit idem Athenæus lib. 15. Porro in *Rosis parandis* magnas fecisse impensas, qui nepotinis sumptibus delectabantur, testimonio fuerit Suetonius in Caligulâ, cap. 38. & Nerone cap. 27. Et rosas aliosq; flores inde usq; ab Ægypto aut Africa peti solitos coronarijs, testatur idem Athenæus, & Martialis lib. 6. epigr. 80. Libr. 4. Athenæi legimus, in insano illo Cleopatrarum & Antonij convivio *rosas talenti sumptu* convectas esse, & iisdem *ad altitudinem cubiti* contratum pavimentum: superq; rosas retia fuisse expansa, ne ingredientium pedibus auferrentur, & soli planicies æqualis ubiq; corrumpere-
tur. M. Tullius in Verrem libr. 5. five de supplicijs: *Nam, ut mos fuit Bythinie regibus, lecticâ dexaphoro ferebatur: in quâ pulvinus erat pellucidus Melitensi rosâ factus. ipse autem coronam unam habebat in capite, alteram in collo: reticulumq; ad nares sibi*

sibi app
plenum
Tu m
4. cap
lib. 6.
Pu
color
ras re
Conje
Hom
vem p
ay
vide
vit
Pa
hodie
Guido
Henric
sonic
Et du
plura

sibi apponebat tenuissimo lino minutis maculis plenum ROSAE. Sed hæc quasi in excursu. Tu mihi Casaubon, vide ad Athen. lib. 4. capite 12. & alibi: item ad Sueton. lib. 6.

Pag. mibl
379.

Purpureo colore) Vel reverà purpureo colore, cuius mira pulchritudo est: vel ἀγλαόν indicat: quam vocem Latinos Poetas reddere purpureum, Scaliger monuit in Conjectaneis. Sic ἀγλαόν ὄζον leg in Hymnis Homeri. Sic Albinovanus ad Liviam nivem purpuream dixit: & Horat. lib. 4. oda. 1.

Purpureus
color.

Purpureis ales oloribus.

Purpurea
πικ.

ἀγλαοῖς ἀγλαομόρφοις. Et Anacreon, ut videtur Æliano, ab eadem mente vocavit Venerem πορφυρεῶν. Noster Æneid. 1.

Purpureus
cygnus.

Purp. Venus.

lumeng₃ juvenæ

Purpureum

Cæterum; purpureum ex ijs esse, quæ hodie non amplius reperiuntur, disputat Guido Pancirollus, & ad ipsum eruditissimus Henricus Salmuth.

Et violæ omne genus) vel dictum, *Viola*. ἰων παῦν ἦν: vel ἰα παντοῖα: ut Ausonius:

Et duplici defensa putamine quinquegenus Nux.

Omne genus autem dixit: quia plura earum genera. Plinius lib.

lib 21. cap. 6. *Violis honos proximus*: (scil. lilio) earumq; plura genera: *purpurea, lutea alba, &c.* Nicander tamen lib. 2. Georg. apud Athen. lib. 15. duo tantum earum facit, *ἄχρῳ* & *χρυσῶν*. Noster in Bucol. *pallentes* vocat: Sidonius *multicolores*. Seneca P. *ambrosiam* appellat violam.

Myrtus.

Parthica myrtus.) Vulgò leg. *Spartica* sed *ἰωδίσκη*, auctore Scaligero. neq; enim *Sparticus* à Spartà, sed *Spartanus*. Idem etiam imbibebat legere *Astartica myrtus*, hoc est, *Venerca*. *Astarte* enim Venus. Sed magis tamen placuit *Parthica*: idque probatum iuit ex Athenæi libro 15. ubi *ἰωδίσκη* legitur. Cū quo facit & Iac. Dalechampius, & probat insuper ex Apollodoro lib. 4. Auctore Plinio, *huic arbori preest Venus*. Unde noster Buc. 7. *Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho, Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phæbo*. 2. Georg. *Paphia* dicitur Ovidio *Cytheréa*. Amat littora: unde noster 4. Georg. *& amantes littora myrtos*. Martialis lib. 4. epigr. 13.

Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi,

Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.

Sed de myrto & undecim ejus generibus, videatur Plin. lib. 15. cap. 2. 9. qui tamen tacuit, mortuorū etiam busta myrto

Græcos

Græcos ornasse, cum inferias solverent.
quod patet ex Euripidis Electra, & monet
Victorius l. 16. c. 2.

Præterea qui olim in convivijis *scolia* Σχολία μέ-
λη in Convi-
viis recitata;
non seriatim
& per ordi-
nem, sed ad
arbitrium
etc. Vide
Scaliger. lib.
1. c. 44. Poët.
carmina cantabāt, myrtum laurumvè ma-
nu tenebant. *Laurum* quidem, qui versus
Homericos recitabant; *Myrtum*, qui Æ-
schyli, Simonidis, Stesichori, de quo Plut.
Ad myrum olim canebant: ejusq; ramo
tradito, illum, qui postea cantaturus es-
set, invitabāt. Alexander ab Alex. l. 2. c. 25.

Hyacinthus) Solino auctore, *Optimus in Hyacinthus*.
hyacintho tenor, si nec densiore succo sit obtusior,
nec propensâ perspicuitate detectior: sed ex utroq;
temperamento lucis & purpure moderatum sua-
viter fluorem trahat. Noster Bucolico 3. *sua-*
ve-rubentem appellat. Georg. 4. *ferrugineum,*
i. nigri coloris, ut Servius explicat. ita
Philo: ὑάκινθος μέλας ἢ φύσει. Quanquam Ty-
lesius *ferrugineum* exponat lugubrem, &
trahit ad fabulam, quâ ex Hyacinthi ado-
lescentis sanguine florem hunc genitum
narrat etiam Ovidius l. 10. Metamorph. E-
pigrammatum l. 7. πορφύρεη ὑάκινθος. *Mer-*
zenblum. Sunt, qui *hyancinthum* dicant
esse *Vaccinium*: de quo noster: *vaccinia nigra*.
leguntur.

Cilico crocus editus arvo) *Cilico* Crocus Cili-
cius.

A a 5

μέλας

videtur pro Cilici, aut Cilicio. Nam, Plinio auctore, l. 21. c. 6. *prima nobilitas Cilicio croco est.* Martialis in Amphitheatro Cæs. Ep. 3. *Et Cilices nimbis hic m. duere suis.*

Herba est folio angusto pænè in capitamenti modum. Ullus ejus in coronis nusquam, sed vino mirè congruit, præcipue dulci; tritum, ad theatra replenda. Plinius sequenti capite: *Trojanis temporibus jam erat honos croco.* Hos certè flores Homerus tres laudat, *loton, crocon, hyacinthum,* & c. Croci juvenis fabulam, quæ in florem hunc mutatus fertur, tractat Ovid. 4. Metamorph. *Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.* Et tangit Plinius lib. 16. cap. 35.

Smilax
ederagenus:
in quem vir-
go cognomi-
nis mutata.
Laurus.

Laurus item Phæbi surgens decus.) De Lauro peculiariter Plin. l. 15. cap. 30. quem vide. *Decus Phæbi* hic dicitur: quia Apollini sacra. Et ratio duplex est: una à fabulis, altera à naturâ ipsa. A fabulis: nam & Tertullianus de Corona Militis, *Laurea*, inquit, *Apollini & Libero sacra est: illi, ut deo telorum; huic, ut deo triumphorum.* A natura: quia laurus calida est, cujus folia & fructus siccant & calefaciunt: immò hederæ attritu igne elicit. *Spectatissima est in monte Parnasso,* auctore Plinio: *ideoq; etiam grata Apollini.* Nã, ut ait Hesiodi interpretes, *κρηγεί αὐτὸς ἐὶ θεοῖσιν*

αὐτὸς ἐὶ θεοῖσιν

videtur ide
& unu
phron C
Superstio
Hesio
cum, &
gatione
quog; lib.

dicta. M
nam ale l
conjectural
dem & Po
tantum he
cere mem
tiano Cæs
bus agoni
tabant: at
Statis, qu
expectati
tavit, &

h. e. ven
& reger
geretur
contra v
tonium
ni institu
Censorin
Ausoniu

αυμδς ideo μανικὸν φησὶν Laur9 nominatur:
 & μανικὸς σύμβολον est Aphthonio. Lyco-
 phron Cassandrâ.

Δαφνηθάρον φοίβαζεν ἐν λαυμῶν ὄππαι.

Superstitiosâ + fauce bacchata est sonum.

† i. *fauidicâ.*

Hesiodus gustatâ lauru Poëtam se fa-
 ctum, & præteritorum futurorumq; co-
 gnitionem accepisse prodit. A Claudiano
 quoq; lib. 2. de Raptu Proserpinæ,

— *Venturi præscia laurus*

dicta. Martianus Capella l. 1. *Delius quoq;
 ut ramale laureum gestitat, divinatrice eâdem
 conjecturaliq; virgâ.* Laureâ, i. folijs lauri, tã-
 dem & Poëtæ coronabantur: cum prius
 tantùm hederâ: ob causas quas alibi di-
 cere memini. Agones Capitolini à Domi-
 tiano Cæsare primû instituti sunt. In qui-
 bus agonibus omne genus artificum cer-
 tabant: atq; adeo etiam Poëtæ: nominatim
Statius, qui post incredibilem totius Urbis
 expectationem, Thebaidem suam reci-
 tavit, & ut de eodem Juvenalis, Satirâ 7.

*Horat. lib. 6.
 Cerm. Lau-
 reâ donan-
 dus Apol-
 linari.*

— *fregit subsellia versu,*

h. e. vehemētissime placuit: sic ut plausu
 & «έτρο Eugene & sophos acclamantiû q. fran-
 gerētur subsellia: ut hûc locû Casaubonus
 contra virum illustrem explicat, ad Sue-
 tonium l. 8. Atq; istum morem à Domitia-
 ni institutione usque ad sua tempora obtinuisse
 Cenforinus scribit. Cæterum quod Scaliger ad
 Ausonium observat, semper agon ipse mansit

*Statius fregit
 subsellia ver-
 su, quid?*

Poëta Lau-
reati.

Romæ: ut in eo Poëta, Rhetores, alia-
rūq; professionū homines coronarentur
ab ipso Imperatore. Neq; puta aliunde
POETARUM LAUREATORUM morem ma-
nasse. Nam & ipsi antiquitū ab ipsis Cæ-
saribus Germanis coronabātur, magnōq;
in pretio habiti semper apud Italos, &
Germanos, qui id honoris VIRTUTE IN-
GENII consecuti essent. Sed in veterib; a-
gonibus Capitolinis qui vicerant, coronā
& ramo lemniscatis, aut torque involutis
donabantur. nam qui secundi erant, eorū
coronæ & palmæ sine lemniscis erant. Ut
ibid. Scal. docuit lib. i. cap. 10.

Lauri surgens decus) Innuit laurum ad-
huc adolescentem & in primo suo vigo-
re fuisse.

Rhododa-
phne.

Rhododaphne) Plin. lib. 24. c. 11. Rhodo-
dendros ne nomen quidem apud nos invenit: Lati-
num: rhododaphnen vocant, aut neriū. Item l.
16. c. 20. Sempiterna coma viret oleæ, lauro, pal-
mæ, myrto, cupresso, pinis, ederæ, rhododendro. Et
quamvis herba dicatur Sabina rhododendron,
tut nomine apparet, à Græcis venit. Alij neriō vo-
cant, alij rhododaphnen, sempiternā fronde, ro-
sæ similitudine caulibus fruticosum. Iumentis ca-
prisq; & ovibus venenum est. idem homini contra
serpentium venena remedio. Vide & Theoph.
l. i. c. 15. Histor. Lilia)

† Apulejus
roseam lau-
ream appel-
lat.

Lilia) Plinius l. 21. c. 5. Lilium rose nobilitate
 proximum est: & appositum etiã maxime rosas
 decet, & c. Nec ulli florum excelsitas major; caule
 interdum cubitorum trium, languido semper col-
 lo, & non sufficiente capitis oneri. Candor ejus ex-
 imius, folijs foris striatis, & ab angustijs in la-
 titudinem paulatim sese laxantibus, effigie cala-
 zhi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo (al.
 pilo) & semine, (al. filo staminis) stantibus in
 medio crocis. Ita odor colorq; duplex: & alius ca-
 licis, alius staminis differentiã angustã, & c. Tria
 eorum genera & c. Ovidius:

Hinc violæ florent, hinc rosida lilia canent. Idẽ.
 Et nituere comis argentea lilia vestris.

Propertius lucida appellat. Lilium Corinthij
 vocarunt ἀμβροσίαν, autore Hesychio, & A-
 thenæo.

Vide Cosaub.
 lib. 15. cap. 8.

rores, Nonacria tura, marini.) Ita Scal.
 ut apud Nonacrios Arcadiæ gentem turis
 vicẽ præstitisse intelligatur. Sanẽ propter
 ea (addit idem) λιβανωτίς dicta, quia τῆ ὄσμη
 λιβανωτίζει. Et quemadmodum herba Sabina
 priscis Romanis pro ture adolebatur, ita
 etiam justiq; videatur ἢ λιβανωτίς in usu turis
 fuisse. Eodem modo supra dixit: v. 85.

ROSMARINUM.

— illi Panchaia tura

Floribus agrestes herba variantibus adsunt.

Gui, inquit, pro ture, aut vice turis sunt
 her-

Rosmarin
 alio nomine
 libanotis
 Coronaria.

herbæ odoriferæ. Idem suspicatur annon
legend. etiã: *non annua cura*. quia non quot-
annis colitur, ut vitis: sed ramo depaucto
spontè inolefcit.

rores marini) Nã duo rosmarini genera
agnoscit Plin. *alterum sterile; alterum cui &
caulis & semen resinaceũ, quod cachrys vocatur.*
Folijs odor turis, &c. Hos flores arboresq; jũ-
xit etiam Ovid. l. 3. de Art. *Rosmaris & Lau-
rus, nigraq; Myrtus olent.*

Sabina.

Herbaq; turis opes priscis imitata Sabi-
na.) Ita Scal. ex priscã mēbranã; & agnoscit
idem Jac. Dalechampus. Plin. l. 24. c. 11.
*Herba Sabina, βρύσην appellata à Græcis, duorum
generum est. altera tamarici similis folio; altera
cupresso. quare quidam Creticam cupressum dixē-
runt. & multis in suffitũs pro ture adsumitur. In
medicamentis verò duplicato pondere eosdem ef-
fectus habere quos cinnamum, traditur.*

Chrysanthes.

Chrysanthes) Ita Nicander in Georg. a-
pud Athenæum lib. 15.

πολλὰκι δ' ἑλκισαὶ καὶ λὰς ἔτε χρυσοειδὲς ἀμέρων.

Aut elegantes alios multos avellēs, & Chrysanthes carpēs.

Vocant & Chrysocomen, & Chrysanthemon;
& Chamæmelum aureo flore.

Edera nitor.

ederæq; nitor pallēte corymbo.) Ederæ
nitor. ita Vitruvius: *Neq; olei nitorem, neq;
vitiũ fructũ habere potuissemus.* Poëtica sunt;
inquit Scal. ἔπειρα, ἔλιπε, τὸ γὰρ. Sed &
edere

ederæ nitor ita videri possit dictum, ut apud Theocritum *ῥόδ' & ἀγλαΐα.*

De edera & generibus ejus videatur Plin. l. 16. c. 34. & nos suprâ jam diximus. *pallente Corymbo*) Ita noster 3. Georg. *Pallentesq; ederas, & amantes littora myrtos.*

Corymbus autem uva est ederæ acinis stipitata. Ita Plinius: *Alijs densus acinus & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.* *Corymbus.*

Et Boccus Libyæ regis memor. *ἑπιώνιον* *βίχης.* Sed quid hoc sit, magnus etiam Scalliger fatetur nescire. I. Auratus, in Paraphrâsi Germ. Valëtis Virgilianis ex hoc versu notat, *Boccum* Afrorum regem in florem mutatum esse: & hoc exemplo locum Poëtæ illustrare conatur, Bucolico 3. *Dic quibus in terris inscripti nomina Regum Nascantur flores?*

Herba Bocco cognominis, quæ?

Sed vel sic etiam nihilo certior factus sum. *Bocchi* regis meminit & Seneca De brevitate vitæ, cap 13.

hic amarantus) *Amarantus spica purpurea* *Amarantus.*
verius quàm flos aliquis: sine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi & latius renasci. Provenit Augusto mense: durat in Auctumnû. Alexand palma, qui decerpt & adservatur. Mirûq; postquâ defecere cuncti flores, madefacti & aquâ reviviscit, & hybernas coronas

παρὰ τὸ μὴ
μαραίνειν.

coronas facit. Summa ejus natura in nomine est; appellato, quoniam non marcescat. ut tradidit Plin. l. 21. c. 8. Columella *immortales amantos* dixit. Poterat videri D. Petrus alluisse, dum κληρονομίαν ἀμάρωντον laudat, quam compar ipsius D. Paulus τῆς δικαιοσύνης σέφανον appellat. Vulgò, *flos amoris*: quasi ab amor fit & Græco ἀνθ. nugæ.

† Bupthalmus. flore similis. Diosc.

Bupthalmusq; virens. (Bupthalmus. † similis boum oculis, folio faniculi: circa oppida nascens, fruticosa caulibus. Vide Plin. l. 25. c. 8. & 13. Ita buglossus, boum linguæ similis. ita cynoglossus, caninas imitans linguas, &c. Nicander l. 2. Georg. ubi flores coronarios, & postea etiã sepulchrales enumerat, apud Athenæum l. 15. Boanthemon vocavit Poëticâ voce, quam rhizotomi bupthalmō indigetant: & florem hunc anthemidi subjunxit, cui multum est similis: ut etiam Dioscorides indicat.

pag. 638. Edit.
Dalech & in
Casaub. Com-
mentar. p.
612. cap. 9.

Οὐδ' ἔμψ' ἀνθημίδω κενθὴ γηρόστροφ ἀκμή,
Οὐδ' ἔβοανθημα κείτ' ἀγ' ἐπ' ηγεταίου κροσσὸ ψοῖ.

ut quidem *Isaacus Casaubonus*, princeps Græcarum litterarum, hos versus restituit, antea corruptissimos. Nicander ibidem:

— βοὺφθαλμὸν τε καὶ ἰθάδες Διὸς ἀνθ.

Notat autem Scaliger veteres excusos

fos

los & membranas omnes hic in Culice nostro habere non *Bupthalmus*, sed *Bumastus*. Verbum tamen nihili se putare; aut si quid veri in eo, amplius quærendum, quid hic faciat *Bumastus*. Apud nostrum quidem 2. Georg. *Eumastus* legitur *uva mammatum modo tumens*. sed nihil ad culicem.

Semper florida pinus) Ita hanc lectio- *Pinus, herba.*
nem Dominus Scaliger adseruit, contra temerarios correctores, qui *picris* suppo- fuerant pro *pinus*. quum tamen *picris* etymo suo satis ostendat, inter hos delicatissimos flores locum se habere non posse. At *pinus* non est arbor, quod putarunt Correctores: sed *Chamepitis*, flos suavissimus ac delicatissimus: quem & Columella lib. 9. cap. 4. inter flores ponit, & Apollodorus apud Athenæum lib. 15. inter *σεφαιμακία*. Hanc intellexit & noster 4. Georg.

Ipsè thymum pinosq; ferens & montibus altis;
Post: — *illi tilia, atq; uberrima pinus.*
Qui enim putaverit ibi de arbore pinu intelligendum, toto cælo eum errare necesse est. Ita intelligit & exponit hunc locum cum Scaligero & Casaubonus. Jun. Philargyrus *Pinum* ait *laurum silve-*

Bb

strem

strem esse ceruleâ baccâ. Sunt & qui tinos le-
gant : ut in Notis olim monere memi-
ni.

Narcissus.

Non illinc Narcissus abest, cui gloria
formæ Igne Cupidinea proprios exarsit
in artûs) N A R C I S S I fabula ta-
lis est :

*Ovid. s. Me-
tavi. sect. 8.*

L I R I O P E enixa est utero pulcherrima
pleno

Infantem Nymphe, jam tunc qui posset ama-
ri,

* *Tiresias va-
res.*

Narcissumq; vocat. de quo consultus, † an es-
set

Tempora mature visurus longa senectæ,

* *Si non re-
scierit se tam
formosum es-
se.*

Fatidicus vates ; Si se non noverit, † in-
quit.

Quid fit ? Is cum inter alias multas puel-
las Echo etiam Ipsevisset forma fretus, ul-
trix illa Nemesis *φιλανθία* adolescenti im-
pegit. Cum ergò venatione aliquando

*Ausonius de
Echo :*

Aeris &
Linguae
sum filia ;
mater ina-
nis

Judicij: vo-
cem quæ si-
ne mente
gero.

fessus aquam è fonte hauriret, imaginẽ
suam conspicatus est, nimioq; sui amore
contabescens in florem sui nominis mu-
tatur. Sicuti luculentissimis versibus hi-
storiam exsequitur Naso, cujus initium
dedimus. Est autem pictura hominis sto-
lidi & se ipsum amantis Narcissus. Echo
significat jactantiam. Hæc spreta à Nar-
cisso.

cisso.

cisso mutatur in *Sonum*, hoc est, rem inanimam: talis enim est jactantia. Echo igitur amat Narcissum, i. e. jactantia *φιλανθία*. Nemesis insolentiam istam & vanitatem uiciscitur. Nam *φιλουσι* divinitus quasi plectuntur amentiam, ut suam stultitiam meram sapientiam arbitrentur. **N A R C I S S U M** florem noster Ecloga 5. *purpureum* vocat. Nam, Plinio auctore, lib. 21. cap. 19. *Narcissi duo genera in usum Medici recipiunt: unum purpureo flore, alterum herbaceo.* Dioscorides lib. 4. cap. 155. *ἀνθὸν λευκὸν, ἔσωθεν δὲ κροκωδές, ἐπὶ ἐνίων δὲ πορφυροειδές.* *Flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus.* P. Andr. Matthiolus octo floris hujus genera enumerat. Porro *Narcissum* diis inferis sacrum esse, Cælius monet. vel, quod circa sepulchra frequens nascatur: vel, quod horrorem incutiant Eumenides, quibus ille sacer, atque ita *ἑνάρκων*, i. e. *torpescendi causa* censeatur. unde & Sophocles *σεφάνωμα χθονίων θεῶν*, *coronamentum inferorum deum* dixit Narcissum. Ratio hujus referri quoque ad odorem potest, scribente sic Clemente lib. 2. Pædagogi: *Narcissus flos est gravis odoris. Id a. arguit nominis appellatio, ut qui nervis ἰέρκων, h. e. torporem afferat.*

Evodus vocis facem, & verbi caudam appellet.

Euphorion, σεφάνωμα εὐμενίδων.

Bb 2

Ergo

Ergò ex hâc etiam causâ, quia funestus est flos, sepulchro Culicis rectè applicatur Narcissus. Germanis Narcissen Rößlein / Mergenblum / item Hornungsblum. Floret etiam Septembri mense, unde noster — *sera comantem* appellat 4. Georg. Nostri Zeitloß.

Tumuli floribus sparsi.

Et quoscunq; novant vernantia tempora flores.) Putabant veteres floribus ejusmodi semper vernantibus umbras & manes defunctorum suaviter affici planè ut solent vivi & voluptuarij homines. Hinc ver perpetuum optabât suorum tumulis : eoq; frui perpetuò manes bonorum credebant. Juvenalis:

*Dij majorum umbris tenuem & sine pondere
terram,*

*Spirantesq; crocos, & in urnâ perpetuam
vet.*

Vernare.

Inde *Vernare* pro continuâ felicitate uti; apud multos Scriptores. Pari modo, quorum felicitatem plus quàm humanâ volebant videri, dicebant de vivis, *Ex eorum vestigijs flores nasci*: vel, terram spontè suâ in illorum honorem flores producere: de mortuis, ex ipsorum tumulis suaveolentes quosq; flores erumpere. Quæ sententiæ ex veteri more sunt ortæ adspargendi

gendi floribus, honoris causâ & favo- *Florum ad-*
 ris: quod Græcis est *φουδοβολῆν*: & *φουδοβο-* *bergines.*
λία inde, i. e. *florum adspargo*, interprete

Tertulliano, in *De resurrect. carnis*. Apu-

lejus *ἑκκηνίζων*, *jacula floris ferti & soluti* vo-

cat, ut Græci sæpe *βολὰς ἀνθέων ἢ σιφάων*.

Quemadmodum de hac totâ re luculen-

ter disseruit *Isaacus Casaubonus* Galliaæ suæ,

immò Europæ, lumen, ad *Persium* &

Suetonium lib. 6. item *Justus Lipsius* ad

lib. 14. *Annalium Taciti*, sub finem: ubi

rem his exemplis, & pluribus, illustrat:

Livij, lib. 33. *Omnes tendere ad Imperato-*

rem Romanum, ut ruente turbâ in unum, adire,

contingere dextram cupientium, coronas lem-

niscosq; jacentium, &c. *Herodianus* lib. 1.

de *Commodi adventu* in urbem:

Τοιῶτων δὲ θεασάμενοι τὸν βασιλέα οἱ

Ῥωμαῖοι εὐφημίαις τε παντοδαπαῖς ἔσε-

φάων ἔ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο.

Claudianus:

Nec miles pluviae flores dispergere ritu

Cessat, purpureoq; ducem perfunders nimbo.

Lucretius:

— *ninguntq; rosarum*

Floribus umbrantes matrem comitumq; cater-

vas.

Bb 3

Noster

*Lemnisci
 sunt fasciole
 purpureæ, de-
 pendentibus ex
 coronis.*

Noster 6. Æneid. de Marcello:

*Purpureos spargam flores, animamq, nepotis
His saltem accumularem donis* —

Vide & Joh. Kirchn. meum, qui hæc ex
professo tractavit in *de funerib. Rom. l. 1. c. 11.*

His tumulus super inferitur) Vel di-
cit; Super hos flores in cumulum & qua-
si struicem congestos se tumulum Culicis
exaggerare, vel, Tumulum his floribus
desuper conspergere, aut plenâ quasi ma-
nu conferere. *Tumulus* autem pro sepul-
chro, cui non notus? à tumore, quem ter-
ra eminens & exaggerata facit. Noster
Æneid. sub initium:

Tumulus.

Aggere composito tumuli —

Dictum ex Græcorum consuetudine, qui
τάφρον χύσασθαι dicunt. Lucianus :
Ἐ τάφρον ἐχυσάμενον ἐν ἀμύκλαις. Exag-
gerare autem terram solebant : quoq; al-
tius educebatur, eò honorificum magis
erat. Ergo à tumore illo moleq; terræ La-
tinum nomen *tumulis* partum est. Home-
rus quoque eodem modo *πίμφα δὲ σῆμ' ἐ-
χεαν :* &, *χέουαντες δὲ τὸ σῆμα,* dixit.
Uc observavit Turnebus lib. 4. cap. 14.
Adversar. Pari respectu Hebræi, *תלל* à *תלל*
id est, *eminuit, tumulavit.* quod meus Bac-
manus notavit in Originibus. Sepulchro-
rum

rum autem appellationes & variae & elegantes fuere priscis illis. Generalis quidem **MONUMENTUM** vel **MEMORIA**, Græcis *μνημειον* & *μνημειον*. Florentinus JC. lib. 7. Instit. Monumentum generaliter res est memoriae causa in posterum prodita: in qua si corpus vel reliquiae inserantur, fiet sepulchrum. **CONDITIVUM**, vel **CONDITORIUM**. Seneca Epist. 60. Vivit is, qui se utitur: qui vero latitant & corpent, sic in domo sunt, tanquam in conditivo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas, (ritu sepulchrorum, **TALIS HIC SITUS** est) mortem suam antecesserunt. Noster Æneid. animamq; sepulchro

Conditivus

Suetonius Augusto, cap. 18. Conditorium ac corpus Alexandri M. cum prolatum e pene rali subiecisset oculis, coronâ aureâ impositâ ac floribus aspersis veneratus est. ubi mihi & Casaubonum vide. Arbiter de matronâ: In conditorium etiam profecta est defunctum. **REQUIETORIUM** & **QUIETORIUM**, in Inscriptionibus antiquis Orbis Romani, quas Hercules Gruterus Heidelbergè è bibliotaphis eruit & publicavit: signatè pag. DCCCX. 2. & DCCCCLIII. 1. Nam in Conditoriis istis quiescere corpora existimantur. item **PORTVS** corporis. Cic. è vet. Poetâ, 1. Tusc. portis.

Varia nomenclatura sepulchri.

Monumentum Memoria.

Conditivum Conditorium.

Tertullianus de resurrect. carn. cap. 44. Cor hominis vocat. divini thesauri conditorium.

Requietorium, Quietorium.

Portus. Corpis.

Signatè p̄sg.
DCCCX.

Neq; sepulchrum quò recipiat, habeat por-
tum corporis,

D C C C C Vbi remissâ vitâ corpus requiescat malis.

LIIII. 1. quod observat Turnebus lib. 4. cap. 22.

Hinc Cassiodorus lib. 6. Epist. 8. Defun-
ctorum sacram quietem dixit. Etiam **Sedes**
vocantur. Noster 6. Æneid.

Sedes:

— *sedibus ossa quierunt.*

Vetus Inscriptio: **HANC. SEDEM. SIBI. VI-
VI. POSUERUNT.** Sic *Apostolorum sedem* le-
gis L. pænult. c. de Sepul. viol. Eo sensu &
DOMVS appellatur Tibullo lib. 3. elegiâ

Domus.

**Domus. e.
terna:**

**Stabulum-ca
daverum:**

**Hospitium
commune:**

**Hospitium
commune:**

Templum.

Conjugis antiqui

**Orcivus The-
saurus.**

2. *Atq; in marmoreâ ponere sicca DOMO.*
Hinc **DOMVS AETERNA** in aliquot
Inscriptionibus. **STABVLA cadaverum.**
Tertullianus De resurrect. carnis cap. 37.
*Monumenta nihil aliud sunt, quàm cadave-
rum stabula.* Possit & appellari **HOSP I-
TIVM** - commune, ex illo Sillij lib. 13.

*Exstruitur rogas, hospitium commune per-
emptis.*

TEMPLUM. Noster 4. Æneid.

*Præterea fuit in tectis de marmore tem-
plum*

Conjugis antiqui —

id est, sepulchrum Sichæi: interpretibus
Gifanio & Auf. Popmâ. **ORCIVUS THE-
SAURUS**, in Epitaphio Nævij Poetæ
apud

**Orcivus The-
saurus.**

apud Agell. lib. 1. cap. 24. ut etiam Scali-
ger ad Festum explicat:

*Itaq; postquam est oratio traditus the-
sauro.*

SARCOPHAGUS, Juvenalis Satirâ 10. *Sarcophagus.*

Sarcophago contentus erit ———

Et distinctus in vet. Epigrammate,

Le hœus Sarcophagus.

De his verò omnibus curiosè & ex pro-
fesso tractavit V. CL. Johannes Kirch-
mannus, in *De funeribus Romanorum*,
lib. 3.

Tum fronte locatur Elogium,) Me-
moria & Inscriptio nominis cum sum- *Memoria*
ma rerum gestarum in prima & obvia seu *nihil aliud*
adversa parte tumuli ponitur. Hoc enim *quam sepul-*
est, *in fronte.* Ita Tibullus, politissimus il- *cbri inscriptio*
le suavissimusq; Poeta & quidem Phœ- *Frons tumu-*
bus olor, lib. 3. elegiâ 2. *li.*

Sic ego componi versus in ossa velim.

*Sed tristem mortis demonstret LITTE-
ra causam,*

*Atq; hæc in celebri * carmina FRO-
NTE no' et :*

LIGDAMVS HIC SITVS EST. dolor

*huic & * causa Neera*

Conjugis erepte causa perire fuit.

Bb s

propriae sam bono-

rum, id est, bona. Propert. Ite rates curvæ, & letitexite caus-
am, i. e. letum; antiquâ elegantia.

Memoria
nihil aliud
quam sepul-
cbri inscriptio
Frons tumu-
li.

* *Celebre*
opponitur de-
lecto: ut o-
lim ad Plau-
tum doctum
est.

* *Causa*
Neera, est
ipsa Neera.
ICti. caus-

Elogium.

Propriè autem dixit *Elogium*. ita enim & Cicero lib. 2. de finibus & in Catone M. Nonnè *ELOGIA MONUMENTORVM* id significant? Josephus Justus Scaliger *Elogium* ait propriè esse, quod Gallicè *Blason*: quod tam in bonam quàm in malam partem accipiendum. Adducit exemplum Plauti Mercat. act. 2. sc. 3.

Impleantur meae fores elogiorum carbonibus:

Et ambitiosissimè eos refutat, qui *Elogium* quasi *Eulogium* censent: conaturq; docere *Elogium* ex Græca voce & Latinâ præpositione conflatum esse: ut in *Prologo* & *Prologio*, & *Antelugio*, item in *propola* factum: quæ apud ipsum hîc vide. Nos Casaubonum exaudiamus: λόγιον, inquit ille, est scriptura brevis, sententia una, cujusmodi ferè Oracula erant. Ελλόγιον est scriptio causam expensæ pecuniæ continens, sive præfatio summæ, quæ in rationes refertur. Hinc ἐλλογίζεσθαι, inferre rationibus cum indicatione causæ, Latinè, *imputare*. Paulus dixit ἐλλογεῖν. quod Hesychio interpretatur καταλογίσασθαι. Glossariû: *Imputat*, ἐλλογεῖ. ἐλλόγιμῳ ἄνθρωπῳ, quem Galli dicunt *homme de mise*. Vocem ἐλλόγιον Romani fecerunt usu suam, & dixerunt *ella-*

ella-

elogium, vel, quod pridem obtinuit, *elogium*. nam planè nihil *elogium* quàm *ἔλλογιον*, titulus, causæ brevis explicatio, præfatio. & ita sæpe Val. Maximus *præfationem* pro *elogio* usurpat. Idem lib. 4. in Sueton. *Elogium* est omnis brevis scriptio, ut *ἑπίκειον*, titulus statuæ aut quicumque alius, & id genus omnia. Hæc ille: quæ nobis unice hic dicta censeamus à Francorum optimo & eruditissimo.

PORRO hujusmodi tituli, sive *Inscri- Inscriptiones*
 ptiones, sive *Elogia*, interdum *prosa* *concepte pro-*
oratione, interdum *versa* concipiebant. *sa & versa.*
 tur; & nunc strictius, nunc laxius. *Prosa*
 & strictioris exempla hæc sunt ex infi-
 nitis paucissima: sed profectò per pauco-
 rum hominum, & quæ acutum lectorem
 mirificè excitant & delectant. Et credo
 hoc ipsum quinquennis illius & Hercu-
 lei laboris in digerendo isto Opere I N-
 SCRIPTIIONUM ORBIS RO-
 MANI, unde hæc excerpemus, pretium
 GRUTERO fuisse, nisi & Magnus
 CÆSAR aliquà hunc fortè RESPE-
 XERIT; aut qui Cæsaris OCULUS
 J. Matth. Wackerius.

D. M.

i. D I I S
M A N I E V S

D.

M.

Paginā
D C C C C
L I V.

P. SCANTIUS PHILETUS
FECIT. SIBI. ET
SCANTIÆ NICE. LIB
REQUIETORIUM
AMICIS. BENE. FACERE.
SEMPER STUDIOsus.
FUI.

In foro Bo-
rio ad Tibe-
rim Rome.

MEMORIAE. ET. PIE
TATI
Q. VIBI. CRESCENTIS
Q. VIBIUS. CERINTHUS
LIBERTO. KARISSIMO
ET. FIDELISSIMO
BENEMERENTI
FECIT.

Sed,

Sed, ne fastidiar, cæterorum Epitheta tantum, quasi per saturam, hic ponam.

Pag.

CCXCI. s.

CL. CLAUDIANO, prægloriosissimo Poetarum.

P. HELIODORO, consummate peritiæ Medico.

Equiti Rom. splendidissimo.

Patrono Patronorum.

Optimo Præsidi, homini bono.

Civium subvenitori necessitatis aurariæ.

Longè à majoribus originalis.

VIR Nobilitate actibusque ad exemplum præcipuus.

VIR Bonus, & quicquid in egregium hominem laudis dici potest, in hoc est Naturæ beneficio collatum.

Privatim & publicè clarus.

Pa-

Sed,

PARETIB. Benemerentibus.

In exemplum pijsissimis.

Dulciss. & incomparabilibus.

Sanctissimis benemerentissimis.

PVERO Dulci memoria.

Dulcissimo & super etatem ingenio nobilissimo.

UXORI Castissime, & incomparabili adfectione femina; cujus de obsequijs dicere. *

* Affectus
præcidit lin-
guam.

Incomparabili, dulcissima, pietissima, castissima.

* Deposito,
i. e. dies mor-
tis.

Hic est posita. * Allia Blefilla, rari exempli femina. quâ vixit ann. XXVI. M. II. D. XII. dulcissima conjugii fecit.

K pro C an-
tiquâ scriptu-
râ.

Karissima benemerenti.

Omni bono de se merita.

Benemerenti conservatrici.

Sue Karissime benemerenti.

Uxori incomparabili quæ duxit

*secum gloriam & honorem
Nil unquam peccavit, nisi quod
mortua est.*

De qua nil dolitq̄ est, nisi mortē.

M. AUREL. TERTULLUS *Strigonij*

SEXVIR. V. M. COL. A Q. *gitur.*

SIBI. ET. IULIÆ

URSULÆ. CONIUGI KARISSIMÆ

ÆTERNITATIS MEMORIAM

POSUIT.

Memoriæ & pietati.

Bonæ Memoriæ & Spei æternæ.

Quieti æternæ.

Quieti & dijs Manibus.

*Somno æternali, securitati, me-
moriæq; perpetuæ.*

Homo optimus hîc jacet.

*Corpora virginia hîc condita
sunt ad benè quiescendum.*

Se vivo, se vivâ curavit.

Fecit sibi requietorium.

Domum

Domum aeternam sibi viva posuit.

Domum aeternam sibi vivus curavit, ne heredem rogaret.

Titulum posuit ante aeternam domum.

PARENTES. Turbato ordine in senio parentes infelicissimi filio optimo P. M. curarunt.

Parentes infelicissimi filio desideratissimo.

Parentes malè judicantibus fati superstites posuerunt: Memoriam posuerunt contra votum.

Nota,
præposteritas, a præ-
posterum.

Infelicissimus parens afflictus præposteritate Naturæ hunc filium unicum hic condidi, quem importuna mors ademit, prærepsit q̄ senij baculū

cui

cuijam defessa etas adritens
per breves annos suos alle-
vabat. Hunc antè mors ad-
sequitur, quàm tristes lacri-
mæ deseruerint.

Quod filius patri facere debu-
it, pater fecit filio.

Pater filio piissimo fecit, Horco
nequam.

MATER infelicissima contra votum
Pietatis posuit.

Quæ prior debui mori, urgen-
tibus fati filius unicus me
prævenit: quod miserrimi-
mum fatu est.

Mater feci filia, quod æquum
fuerat filia hoc faceret mihi.

FILIUS.

ANT. Severus Aquila hîc ja-
cet, sine animâ miserabili fa-
to. qui vixit annos bis senos

Cc

Et sex

Et sex menses. cui vota gerant,
ut parentibus ista para-
ret. Sed mors immatura fe-
cit, ut facerent parentes filio
contra ordinem

Ordine retrogrado defuncto.

MARI- Contra votum memoriam po-
TUS U- suit.
XORI.

Obijt contra votum.

Fecit non lubens, sed fatum fe-
cit.

UXOR
MARI-
TO.

Ita, Furni
Pietas, alibi

Furni Spes L. Sempronio Firmo
conjugi carissimo mihi, ut co-
gnovi. puer puella obligati a-
mori pariter. cum quo vixi
tempore minimo: Et quo tē-
pore vivere debuimus, à ma-
numalà disparati sumus. Ita
peto vos Manes sanctissima,
commendatum habeatis me-

UM CA-

um carum: & velit huic
 indulgentissimi esse, horis no-
 Et urnis ut eum videam: &
 etiam me Fato suadere velit,
 ut & ego possim dulcius &
 celerius apud eum perve-
 nire.

CÆTERUM Dicta etiam, joca, len-
 tentias tumulis incidebant: cujusmodi è
 plurimis sunt hæc paucula.

AMICI VALETE.

Apollo, tuam fidem!

Sit tibi terra levis.

Amici, dum vivimus, viva-

Invide, morere. (mus.

Quod dormiendum & perma-
 nendum hic est mihi.

Decipimur votis, & tempore
 fallimur: & mors

Deridet curas. anxia vita nihil.

SALVE. *Vale & salve, Anima. Nos eo ordine, quo Natura permiserit, te sequemur. Vale, mater dulcissima.*

Ætas properavit. Faciendum fuit.

FUI I. dixi de vitâ meâ satis.

Fui: non sum. Estis: Non eritis. Nemo immortalis.

In vitâ suâ nulli maledixit. contra omnibus dijs inferis maledicit nunc.

Lucilla lucet Secundilla salve.

Mater genuit: mater recepit.

Non fueram. non sum. Nescio.

Non ad me pertinet.

Non fui: deinde fui. Modò non sum.

*Quod quisq; vestrum mortuo optarit mihi, id illi eveniat
sem-*

*semper vivo & mortuo.
Viator, noli mihi maledicere.
Nequeo in tenebris respon-
dere.*

*Vixi quemadmodū volui. Qua-
re mortuus sim, nescio.*

*Vixi, ut vivis. Morieris, ut
sum mortuus. Sic vita trudi-
tur. Vale viator, & abi in
rem tuam.*

*Vixit annos LXXX integer
integros.*

*Date terræ fructum, ut terræ
possit reddere.*

*Vixi, dum vixi, benè. Jam mea
peracta: mox vestra agetur
fabula. Valetè, & Plau-
dite.*

HUJUSMODI autem INSCRIP-
TIONES plerumq; nomen ejus, qui
monumentum extruxisset, continebant,

hoc modo: ILLE FECIT. vel, POSUIT. Unde Martialis lib. 9. Epigr. 16. festivus jocus in mulierem, quæ septem maritorum, quibus fortè mortis causam præbuerat, tumulo hunc titulum, Uxor FECIT, adscripserat. Versus ea de re hi sunt:

INSCRIPSIT tumulo septem celebrata
vitorum

SE FECISSE, Chloe. quid pote simplicius?

ELOGIA sive Inscriptiones oratione numeris adstricta compositas nolo inculcare. In gustum istæ sufficient.

In Lap. Ro. Hospes, ad hunc tumulum ne meas, ossa præcantur

recta hominis. si gratus homo es, misce, bibe, da mi.

Epitaphium

CLAUDIAE R.

HOSPES, quod dico paullum est.
asta ac pellege.

HEIC est sepulcrum haut pulcrum
pulcrae feminae:

Nomen; Parentes nominarunt Claudiam.

Suum

*Suam maritum corde dilexit suo.
 Gnatos duos creavit. horunc alterum
 In terrâ linqvit: alium sub terrâ locat:
 Sermone lepido: tum autem incessis
 commodo. (abi.
 Domum servavit. lanam fecit. dixi.*

AD EXEMPLUM cordatæ antiquis
 tatis facta sunt & ista.

I. C. SCALIGER Tumulo suo
 incidenda hæc verba testamen-
 to cavit:

IULII CÆSARIS SCALIGERI
 QUOD FUIT.

Obijt anno
 Christi CIO.
 IO. LVIII.
 qui erat vite
 ejus LXXV.

I. LIPSII tumulus Lovanij, qui
 obijt A. CHR. CIO. IDC. VI.

S. P. Q. ANTVERP.

INCLYTI VIRI

FAMÆ ORBI NOTÆ,

VIRTUTI CÆLO

RECEPTÆ

H. M. P.

IUSTI LIPSI

QUOD CLAUDI POTUIT,

HIC IACET.

Cc 4

ATQUE

ATQUE hæ illæ sunt è veteri Latio
INSCRIPTIONES, bonitatis ple-
ræq; omnes edecumata, & notæ tantum
non, si vinum essent, Opimimianæ: ex
immani illo Thesauro, cui titulum
GRUTERUS noster fecit,

Quod Opus
dono Illu-
stris. HVL-
DERICI
Holsat. Du-
cis, & credo,
solum in Aca-
demiâ habeo.

INSCRIPTIONES ANTI-
QUÆ TOTIUS ORBIS
Romani;

digitulis quasi primoribus excerptæ:
& hic, in exemplum Juventuti, inculca-
tæ: ut elegantiam & castigatum Anti-
quitatis iudicium mirari & imitari discat
potius, quàm novitios istos & Asiaticos
excursorésne dicam an concionatores?
quibus nihil ferè placet, nisi quod vete-
ribus illis displicuit.

SED non possum mihi temperare,
quin è Novitijs etiam duas superaddam
INSCRIPTIONES, non quidem
sepulchrales, sed alius argumenti ita ve-
nustas, ut nec Mercurius nec Venus
possint aliquid magis venu-
stum. Omnia forman-
do iudicio.

LIPSI

P. VIRG. MARONIS 413
I IPSIANI HORTI
LEX.

*In ipso aditu, sub personâ Bi-
frontis Jani.*

B. F.

QUISQVIS es, STA, LEGE,
PARE.

IANVS ad hoc limen sic EDICO.

X. I. HORTO & HERO fruendi tibi
ius esto:

Sed illo ad ASPECTVM, isto ad
SERMONE M.

Nisi OCVLIS, quicquid heic satum
aut natum, ne LIBATO.

TIRO esto, manum apud te habeto.

Si effers ad TACTVM aut ad RA-
PTVM:

Verbo dicam, te EFFERTO.

X. II. Sed nec HERO usquequaq, FRV-
ITOR.

Ante SEXTAM vespertinam ne A-
DITO:

Post SEPTIMAM ne MANETO.

Cc s

Horæ

Hora alia ad alias illi curas.

Heic cogitat, heic pangit:

STILUS heic est, ubi MUSCA.

Quid si CÆNA? ubi MUSCA.

K. III. *SERMONE Setiam ne exleges.*

IOCARI licet:

NARRARE licet:

ROGARE licet:

Sed nihil SERIVM.

GRATIARVM hic locus est.

K. IV. *Siquid MOENIVS tamen in
STVDIIS;*

Inter AMBVLANDVM

Differe. doce, disce.

Et MUSARVM hic locus est.

K. V. *Tu qui SERIOSVS,*

Tu qui RIXOSVS,

EXESTE.

CLVSIVS ego sum vobis.

K. VI. *CANIS, prater unam, EMA-
NETO.*


* Notat *HECVBA*, * prater unam, EMA-
NETO.

*uxorculem
suam,*

Habes? hoc etiam.

*QVOQVO TE AGIS, TE
VIDEO.*

CON.



CONVIVII Puteanici
LEX.

QUIS VIS ES, sive Solus, sive cum
UMBRA,

Audi, & Obaudi.

GENIVS sum loci, & heic impero.

K. I.

PRANSVRVS ante XI. ne venito,
Post XII. ne maneto.

CÆNATVRVS, ante VII. ne venito,
Post IIX. ne maneto.

PRANDII heic tempus VNIVS
horæ;

Et CÆNÆ VNIVS.

Siquis prævorterit, SCILICET,
mensa vacua;

Si quis remanserit, ILICET, mensa
sublata.

K. II.

FAMILIARIVM tamen si quis
adsis, etiam alteram horam in-
dulgeo.

Sed

Erycius Pu-
teanus Li-
psij discipu-
lus, & nunc
Lovanij Ca-
thedra eius-
dem insector.

Sed SERMONI, non PRANDIO,
aut COENÆ.

SERMO GENIALIS esto, non tetricus,
morosus, aut rixosus.

Cum SALE, IOCO, RISU,

Quos MUSA & HONESTAS ament.

K. III.

SATURIO ne accesseris.

ESURIO ne recesseris.

Mensam SINE ARTE vides; FRV-
ERE;

Sed sine TVBVCINATIONE.

K. IV.

Et LIBERILEPÓREM vides; POSCE
atq; FRVERE.

Sed cum cautione.

TRES crateras haurias;

Primam SITIScausâ;

Secundam sis HILARITATIS,

Tertiam sodes VOLVPTATIS.

K. V.

LÆTUS esto: SOBRIUS esto:

BONÆ MENTIS memor,

ANGERONÆ memor.

Siquis

K. VI.

*Si quis dicta & edicta mea spreverit,
ÆGRA MENTE & VALETVDI-
NE mulctator.*

Tacitâ firmat quod littera voce.) *Simile illi*

Ita vetus lectio, quam Scaliger vulgatæ, *aulico: Petri*

format, rectè præfert. Nam littera est ad *antwort zu*

subsidium Elogij. Voce autem tacitâ, id *Hoff / ist*

est, non expressâ vel articulatè pronun- *auch ein*

ciatâ, sed litteris tantùm consignata. Et *antwort.*

est *ἀκούω* tacita vox: quale illud Cice- *adeò & illis*

ronis in Verrem: *Si tacent, satis clamant.* *cum tacent,*

Et in Catilinam: *Cum tacent, clamant.* Ita *loquuntur*

Catullus carmine 6. *Nequicquam taci- * Ein*

rum tubile clamat. Claudianus: *dixitq; ta- greulich*

strum sine vitio: de puellâ omnibus exem- *schöne*

plis formosâ.* Horatius: *strenua nos Diern.*

exercet inertia — In Epitaphio Plauti, *Ein wa-*

Numeri innumeri, de pedibus Comædiæ li- *cherer*

berioribus, quos Varro *modos scenatiles ap- Bernhen-*

pellat. *Samius Lucumo,* id est, furiosus *ter.*

acutus: de quo Scaliger ad Aufon. Apu- *Ein guten*

lejus lib. 5. Miles. *Sine pretio pretiosa domus. salutant vel*

Idem de Mundo: *Inordinatus ordo.* Plinius *70 annorum.*

in Epist. *otiosa occupatio.* Cicero in *Ein rosti-*

Lalio: parten.

Lælio: *Amici & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & mortui vivunt.* Vulgò; *Servum arbitrium.* Eodem modo apud Græcos, Homerus μήνης δυσμήνε, Oppianus δύτδωρε δάωρα dixit, quæ alijs sunt ἄδωρα. Euripides & alij ἀβιωσι βιοσ: ἔργα ἄνεργα. Synesius χάειν ἄχαειν: Nazianzenus χάειν ἔ χαεισσαν. Sic Paulus Oppiani popularis, de viduâ falaci, ζῶσα τεθνηκεν: *vivum cadaver &c.* Talia sunt μωρόσοφθ, γλυκύτικρθ, διγαίαδικθ, γάργόλυφλθ, πῶχοπλέσιθ, & quæ alia hujus notæ eruditiss. & curiosissimus Oppiani Interpres Rittershusius congestit, quæ in aureo illo Opere potius quàm hic te velim legere.

(littera.) *Littera, ἐπιγραφή.* Tibullus in epitaphio Amasij; lib. 3. el. 2.

Sed tristem mortis demonstret LITTEA causam &c.

Ibidem elegiâ 1.

Indicet ut nomen LITTEA facta tuum.

PARVE CULEX, PECUDVM CVSTOS
TIBI TALEMERENTI
FVNNERIS OFFICIVM VITAE PRO
MVNERE REDDIT.

Hoc est epigraphe distichos.

pecudum custos) *Pecudum custos est Opilio,*

Opilio, vel Caprarius. alibi nostro *Custos gregis*; item, *Pastor ovium*. Nam cum *pecus* dico, nec addo oves aut capras, illa ta-
 men intelligo: ut doctum olim est ad Plautum. Sed unde *Pecus*? Homero *πέκω lana* fuit. unde hodieq; in aliquibus Italiae locis *poram* certum lanæ pondus vocari ajunt. à *πέκω* seu *πέκω*, *pecto*, *carmino*. *πέκω*, & *πέκω*, τὸ *vellus*. inde *pecudes*; quòd tonderetur, *πέκω δεσ*, &c. De quibus curiosè Scaligeri pater & filius, de lingua Lat. cap. 29. lib. 1. cap. 10. & 17. Poët. In Conjectaneis ad Varronem. A *pecu* item adjectivum *pecuinus*, & *pecunius*. A quo cum dicimus *pecuniam*, subintelligendum *rem*. de quo supra ad verl. 92.

klein Vieh.

Tibi merenti) Verba in re tali pæne solemnia, M. F. vel B. M. F. quòd est MERENTI; BENE-MERENTI FACIT. Plenus talium Gruteri Thesaurus ille, quem modò citabam.

BENE MERENTI DULCISSIMO.

PATRONO MERENTI ET IN SE PISSIMO.

BENEMERENTISSIMO.

SACRUM PIENTISSIMO BENEMERENTI

Funeris officium) sic *Officium nuptia-*

7478

rum solebant vocare, cum ad nuptias officij gratia veniebatur. Juvenalis Satirâ 2.

— *Officium etas*

Primo Sole mihi peragendum. nubit amicus.

De quo Turnebus Adversar. *Funus* autem à φόνος, φέρω. ut μόνος, μένος: ὄρος, ἔργος. à φέρω, cædo. nam qui à funalibus deducunt *funus*, quod hoc ad cæreos olim elatum sit, recte castigat noster Becmanus. Distinctionem autem *cerei & funalis* adhibitam fuisse ad discrimen statuendum inter *acerba funera* & alia, quod Lipsius etiam adserit ad 3. Annalem Taciti, refutat Is. Casaubonus ad Persium Satirâ 3. Nota etiam venustum *πρεχένης*, in *Funere & Munere*.

vitæ pro munere reddit) Quod enim nunc etiam Pastor vivit,

— *nec adhuc mortalibus occubat umbris,*
munus & beneficium est unius CULICIS. Ergo, ne in tam *munem* ipse esset *immunis*, hoc MONUMENTUM MERENTI POSUIT:

ATQUE hic ille CULEX est,

— *parvisq; humoris alumnus,*
ab illo Musarum & Gratiarum alumno VIRGLIO celebratus. Neq; propterea

preterea decus ingenij sui contaminavit,
 quod stricti quidam & ἰδιότροποι Catones
 censeant; dum in hoc despiciatissimo
 animalculo se occupavit. Habent hunc
 morem nobilia ingenia, ut nonnunquam
 in argumento tenui, ridiculo & πρὸς ὄξυ
 vires suas periclitentur, & ludo quasi in-
 sititio seria atq; ordinaria temperent aut
 fallant. Hoc noster hic fecit: & antè
 & post ipsum non unus: vel ille, quem
 hic noster archetypum in Aeneide opt.
 maxima habuit ille * primus doctrinarum
 & antiquitatis parens: ille * ἄριστος ἡγεὶς θεοῦ
 τῶν ποιητῶν: Homerus, inquam: dum
 βατραχομουσικίῳ tam operose lusit. Fecit
 Seneca, severiss. ille & sapientissimus Sto-
 icæ sectæ magister. Quid enim sibi vult
 ista ἀπὸ γλοκκώπῳσις? Ludus, inquam, de morte
 Claudij? quem qui sine risu hodie ex eru-
 ditis & ingenuis illis legere potest, næ il-
 le Crassi nomen me auctore sibi audacter
 induat. Ita Alcidas Eleates enco-
 mium Mortis scripsit; Isocrates tyranni
 Busyridis: ut contra Polycrates vitupera-
 tionem Socratis, & laudationem murium: Ita
 teredinem laudavit Clitarchus; Comam
 Dion Prusiæus: Synesius calvitiam: Pha-
 vorinus, ut & Gul. Insulanus, quartanam
 Da febrim:

* ita Plinius
us lib. XV.

cap. 11.

* ita de eo-
dem Plato.

sebrim: Agrippinus Senecæ æqualis, *exili-*
um: Lucianus *muscam*: Mich. Psellus,
 Cæl. Calcagninus, quin & Jos. Scaliger
 festivissimo Phaleuco, *Pulicem*: Erasmus
stultitiam: Pirckhaimerus *Podagram*: Ja-
 nus Douza *umbram*: Joh. Bruno Italus
 etiam *Diabolum*. Huc referas licet Oratio-
 nes funebres in obitûs aliquot Animalium,
 Equi, Asini, Canis, Simij, Felis, Noctua,
 Pica, Galligallinacei, Mergi, Grylli, Pediculi:
 quas Itali, Galli, Belgæ certatim invul-
 garunt. Quid ergò nunc dicemus? hoc,
 opinor: VIRGILIUS peccasset, nisi,
 exemplo magnorum ingeniorum, sic et-
 iam peccasset.

Latine edit
 dit CL. V.
 Gul. Cante-
 rus, anno Cl.
 Is. XC.
 Lugd. Ba-
 147.

OBSIGNET hunc Ludum Poeticum
 TESTAMENTUM LUDI-
 CRUM GRUNNII POR-
 celli:

Cuius & D. Hieronymus meminit
 ad Eustochium.

M. GRUNNIUS CO-
 ROCOTTA PORCEL-
 LUS Testamentum fecit, quod
 quo-

quonia
 non po
 M A
 Veni
 ver for
 ego bo
 rocott
 feci sa
 scula p
 go dor
 rogar
 cus d
 mibia
 Porce
 Porce
 mulis
 Calen
 unda
 Piper
 morit

quoniam manū meā scribere
non potui, scribendum dictavi.

MAGIRUS Cocus dixit:

Veni huc, everfor domi, soli-
versor fugitive PORCELLE.

ego hodie tibi vitam adimo. Co-

rocotta Porcellus dixit: si qua

feci, si qua peccavi: si qua va-

scula pedibus meis confregi, ro-

go domine Coce; veniam, peto,

roganti concede. Magirus co-

cus dixit: Transi puer: adfer

mibi de culinā cultrum, ut hunc

Porcellum faciam cruentum.

Porcellus comprehenditur à fa-

mulis: ductus sub die XVI.

Calend. Lucerninas: ubi ab-

undant Cyme, Clybanato &

Piperato Coss. Et ut vidit se

moriturum esse, horæ spacium

Dd 2

petijt:

petijt: eocum rogavit, ut Te-
 stamentum facere posset. Incla-
 mavit ad se suos parentes, ut
 de cibarijs suis aliquid dimitte-
 ret eis. Qui ait: Patri meo
 Verrino Lardino DO, LEGO
 DARI glandis modios XXX.
 Et matri meæ Veturrinæ Scro-
 phæ DO LEGO DARI La-
 conicæ siliginis modios XL. Et
 sorori meæ Quirinae, in cu-
 jus votum interesse non potui,
 DO, LEGO DARI, hordei
 modios XXX. Et de meis vi-
 sceribus dabo, donabo Sutori-
 bus setas, Rixatoribus capiti-
 nas: Surdis auriculas: Causti-
 dicis & verbosis linguam: Bu-
 bularijs intestina: Esficiariis
 femora: Mulieribus lumbu-
 los:

los: Pueris vesicam: Puellis
caudam: Cynædis musculos:
Cursoribus & venatoribus ta-
les: Latronibus unguas: &
nec nominando coco DOLE-
GO ac dimitto popam & pistil-
lum, quæ mecum detuleram à
querceto usq; ad haram: liget
sibi collum de reste. volo mihi
fieri monumentum ex litteris
aureis scriptum: M. GRUN-
NILS COROCOTTA POR-
CELLUS VIXIT AN-
NOS DCCCCXCIIIIIS.
QUOD SI SEMIS VI-
XISSET, MILLE AN-
NOS IMPLESSET.
Optimi amatores mei vel Con-
sules vite, rogo vos, ut corpori
meo benefaciatis, benè condia-
tis

*tis de bonis condimentis nuclei,
piperis & mellis: ut nomen me-
um in sempiternum nominetur.
Mei domini, & consobrini mei,
qui huic meo Testamento inter-
fuistis, jubete signari.*

LUCANICUS	signavit.
TERGILLUS	sign.
NUPTIALICUS	sign.
CELSANUS	sign.
LARDIO	sign.
OFFELICUS	sign.
CYMATUS	sign.

F I N I S.



Me
Pag. 6. lin
Dist. 40. pp. 2
11. dec. 5
16. colla
qui
12. b. A. or
14. Alid. 15
18. 313
lucenl. pr
monstrum
16. SED
gia stabula
bor Hercu
tanti, p
quippe qu
in curru
Nataler

Mendæ sic emendandæ.

Pag. 6. lineâ 18. lege, traducit pect. p. 12: 29.
Dictæo. pp. 23. 16. πειρωτικός. 45: 5. poliendi. 46.
11. deus. 55. 3. clivo. 68. 8. capellis. 112. 4. annum.
161. 11. collis. 183. ad marginem: ut c. sc. funales.
equi ἀλατῆσι, & c. curvum schema efficiunt. 187.
ult. πωτάδεις. 189. 22. Natære s. cort. 219. 9. ranis.
228. 6. A. orbem. 228: 9. B. Aloidas (id est. ibid.
24. Aloidas. 234: 1. A. Hercule Oetco. 288: 19.
δ: δ. 313: 19. Detis h. 316: 17. lege Schmehe-
tarten / pro, Ich mach Karten. 331. penult.
monstrorum. 412: 3. & 4. edecumata. Opimia-
na. SED nauseo, & calamum pono. Novum Au-
gia stabulum profectò est, & decimus tertius la-
bor Herculis. Sis tu Hercules, mi Lector, & si
tanti, purga. Mihi nec voluntas, nec facultas;
quippe qui pransus ac paratus alterum pedem
in curru jam habeo

Natalem revidere casam patriæq;

CAPELLAS

Taubmanus.





P. Vet.

*INVENIAT quod quisq; ve-
lit. Non omnibus unum est
Quod placet. hic spinas
colligit, ille rosas.*



